EX LIBRIS
PHILIP DYMOCK
TVRNER
READING MAKETH
A FVLL MAN

Q. 31
45-1
1980

Lugduni, Joan. Marion, [pour Pierre Vincent dont la marque est au titre], 19-III-1517.

Jean de Lorraine. GY

66 BERNARD QUARITCH'S CATALOGUE, No. 684, 1950.

1054 **CHAMPIER (S.).** Practica noua in medicina. Aggregatoris lugdunēsis domini Simphoriani Chāperū de omnibus morborum generibus ex traditionibus grecorum : latinorum ; Arabum : penorum ac recentium autorū : Aurei libri quinq3. Item eiusdē aggregatoris liber unus de omnibus febrium generibus. (*Colophon* :) Impressum Lugduni . . . Johannem Marion . . . M.ccccc xvii. Die xix. Martii.

8vo., *black letter, with device on title and woodcut initials throughout ; a small hole in the title-page affecting two letters, and a wormhole in the blank margins of two other leaves ; a fine, large copy in half levant morocco, gilt top.* Lyons, 1517

£25 $70.00

VERY SCARCE. CHAMPIER WAS ONE OF THE MOST FAMOUS MEDICAL HISTORIANS AFTER CELSUS AND CHAULIAC. OF HIS MANY VARIED WORKS HIS MEDICAL WRITINGS ARE CONSIDERED TO BE OF THE HIGHEST IMPORTANCE. THE WORK NOW OFFERED CONTAINS ONE OF THE EARLIEST TREATISES OF SYPHILIS.

Champier

...lepage affecting two letters
...lank margins of two

Practica noua in medicina.

Aggregatoris lugdunēsis

domini Simphoriani chāperij de omnibus morborum generibus ex traditionibus grecorum: latinorum: Arabum: penorum ac recentium autorū: Aurei libri quinq;.

¶ Item eiusdē aggregatoris liber vnus de omnibus febrium generibus.

In laudem aggregatoris Lugduneñ.operis vtilissimi collecti a Simphoriano champerio illustrissimi Antonij ducis Lotoringie ac bar ri primario medico Philesij vogesigene.

Diuersi infestant mortalia corpora morbi:
Hinc eadem varijs sunt medicanda modis.
Mille mali species medicamina mille requirunt.
Nec prosunt vno pharmaca facta modo.
Unde extant varijs tot scripta volumina linguis:
Artis apollinee que documenta tenent.
Qõ prompto nequeat numero comprendere quisq̃
Innumerabilium nomina sola virum
Scripsit enim latie gens attica mixta caterue:
Et peni:ac arabes:deniq̃ turba recens
Olim terrigenis celo turbare tonantem
Aggressis ossam Pelius ipse tulit.
Portentosa quidem moles se attollere in altum
Ac admiranda est surgere visa strues.
Sed labor omnis erat:si vera est fabula:cassus
Tanti conatus proq̃ fuere nihil.
Nam iuga mille licet superaddita montibus essent:
Celica non tetigit vertice regna strues.
Crediderim facile sua vota implesse gygantes:
Sciuissent tantos si superesse libros.
Ad quos voluendos hominis non sufficit etas:
Etas vel Pylio non minus ampla sene.
Acer alexandri vt Bucephalus:ac Apulei
Terga asinus solo codice pressa trahant.

Et quia tam immensam labor est euoluere siluam:
Nequeat in prompto quisquis habere libros.
Hinc studiosorum collegit captus amore:
Nobile Champerius Simphorianus opus:
Champerius gallo passim celebratus in orbe:
Cuius et externis laus bene nota plagis.
Nocturne faciens dispendia multa lucerne.
Nec modico euoluens mille labore libros.
Ex quibus egregiam cõportans esse Epitomen:
Descripsit triplici queq; notanda modo
Sensa latinorum et grecorum prima videntur:
Penorum ac Arabum hinc vltima turba recens.
Ipse gregatorem Lugdunensem vocitauit:
Indendum patria nomen ab vrbe trahens.
Sese etenim tanto Lugdunum iactat alũno
Vrbs vetus: antiqua nobilitate nitens.
Quem clarus princeps Lotharinge Antonius ore
Asciuit medicum constituitq; suum.
Ut mens in sano maneat sibi corpore sana:
Postq; iuuentutem leta senecta bonam.
Champerio meritas debet persoluere grates
Omnis phebei docta caterua chori:
Et crebris summum precibus pulsare tonantem:
Nestores illi det superare dies.
Augeat vt studiis vastum meliorib̃ orbem:
Hec etenim in votis est pia cura suis.

Vale.

¶ Prologus domini Simphoriani Chãperij illustrissimi principis dñi ducis Calabrie Lotharingie ⁊ barri ⁊c. primarij phy sici in aggregatorẽ lugdunẽsem. Ad clarissimos viros Salomonem de dũbellis auratũ equitẽ Andreã briellũ. Albertũ de podio. Petrũ tremoletũ. ⁊ Ludouicũ burgensem regie maiestatis consiliarios ⁊ medicos dignissimos.

Medicina artium preclarissima: duobus potissimum instrumentis: ratione videlicet ⁊ experimẽto venatur ⁊ adipiscitur. Ex quoꝝ vinculo secta illa medicinalis nostre facultatis gignitur que securior: ⁊ vetustissimorũ sapientissimorũq; iudicio rationabilior existit: quã logicã. i. rationabilem vocamus. Quippe tres potissimũ medicorũ hereses priscis seculis obseruate perhibentur: vt galeno nostro in sectarum libro placuit. Empirica prima. Cuius auctores solis empiris hoc est experimẽtis contenti: corpora nostra ⁊ conseruare ⁊ curare profitebantur. Secunda methodica: quã sole rationes: abiecto omni experimentoꝝ magisterio cõficiebãt. Et logica tertia: que nec rationẽ respuit: nec omno est experimentorũ expers: verũ vtriq; in vnum cõnectens: ⁊ rationẽ admittit: ⁊ empiris vtit. Sicq; ex prioribus hec vna cõflatur: que nihil intactũ relinquit quo ad tuẽda releuãdaq; a lãguorib̃ humana corpora opus sit. Huius mirabilis ac ꝓpe diuine artis auctores ante hippocratem plurimos fuisse. Neminẽ tamen ante eum vel logica: id est rationabili vsuꝫ fuisse: vel ipsam exactã posteritati reliquisse cõperio. Eapropter quantũ nobis consuluerit ille pater: medicorum hippocrates cous. Et ꝓpterea quantis laudibus honoribus ac preconijs veniat excolendus: nõ est dictu facile: vtpote qui iactis fundamẽtis: ⁊ affixa radice: posteris omnibus speculande: lustrande ac recipiende veritatis attulit occasionem. Cui si ob sedatã sua mira excellentiq; prudentia in attica vrbe pestem: erecta aliquando fuerit (vt historici tradunt) dicataq; aurea statua: quam nemo inferis gentibus inhonorataꝫ transgredi auderet. Quid nos amplius: si lex permitteret: An eum gemmali donare sufficeret: Non profecto nisi publicis ac prope diuinis honoribus eum attollere liceret. Hic antiquissimus auctor: cuius hoc vno ab omnibus cõmendetur: propeq; diuinus perhibeatur: q̃ mira quadam breuitate vsus: benedictis non admiscuerit lime locum: multa tamen sic arcta hac in sua breuitate: inexpressaq; reliquit: vt longa expositione indiguerint. Eapropter non incõsulte alij permulti doctissimi quidem:

Duo instrumẽta artis medicinalis.

Tres secte medicorum.

Ante hippocratẽ nemo logicã sectã habuit.

Laudes hippocratis.

Aurea statua dicata est: hippo. in vrbe attica.

et eiusdem facultatis benemeriti: eandem ampliare augere. Ac vt ita loquar: quantū humana fert infirmitas perficere curauerunt. Et longe ante ceteros galenus noster pergamensis: quē medicorū principē: qui primas in ea facultate sibi vendicauit partes: cōmuni vocabulo appellamus. Scriptitauit hic tāta in his litteris: vt eius monumēta. Tortellius auctor est: ad. cl. volumina facile ascenderint. Quantū cum hoc plerique alij greci: quorū latini non pauci optimi emulatores fuere: in hac arte interpretanda insudarint: suis lucubrationibus res in plano est. Ab his studiosissimi arabes ac peni: multa deprōmentes: quantū in ea valuerint: hoc vno clarum existit: q̄ cum grecis ⁊ latinis de huius ce artis gloria decertare audēt: nec cedere cogunt. De quorū numero ysaac ebem aran salomonis filius nulli eorū secundus multis ac gloriosis scriptis clarissimā ⁊ facile permeabilē reddidit medicinā. Quē sequuti Raf. penus: haly abbas: serapio: princeps insuper aboaly: ac alij permulti: in medicinis nōnulla egregia quidē: immo copiosissima chartis mandarūt. Hoc oēs recentioribus nostris placuit imitari. Grecos quidē perinde ac parētes precipuos. Arabes ꝓ ⁊ penos velut grauissimos splē didissimosq̄ interpretes. Quorū omniū ⁊ grecorū latinorūve et arabū aut penorū ac recentiū opera cum varia sint et multaval de: in multisq̄ prope inter se dissidentia: que omnia non minus difficile esset legere q̄ tediosum. Tum ob eorum prolixitatem: quorum lectioni etatiuus diuturnissimi viri decursus vix satis esset. Tum ob vendicandorū: aut potius cōperiundorū tantorū ac tam diuersorū voluminū penuriā: propterea optimum duxi: nec minus mea sententia vtile: opus ex horum sententijs aggregatum breue quidem: sed compendiū confiare: in quo canones: dogmataq̄ precipua pro egritudinibus oībus effugandis sanandisq̄: quas humanū corpus ab occipitio ad talum vsq̄ recipit recolligere constitui. Iureq̄ hoc a nobis non cum leui laboze editum: lugdunensis aggregatoris nomine insignire placuit: vt sic ego qui ex lugduno antiquissima gallie celtice vrbe oriundus ibiq̄ educatus sum: hunc nostrū laborem ex antiquissimorum auctorū mentibus collectū: antiquissime vrbis titulo: optima quadratura illustrarē. Cuius sectio prima erit in libros partiales. v. liber in singula capita scindetur. Singulūq̄ caput tribus. §. terminabitur. Quorum primus grecorum ⁊ latinorum electos sermones: cuilibet egritudini peculiares: memorabit. Secundus quid de his peni: idest afri: quidq̄ arabes censuerint: paucis explanabit. Tertius recentiū: quos modernos in-

Galenus medicorū princeps: scripta reliquit. cl. volumia.

Arabes cū grecis ꝗ glia artis medicinal' certant.

ysaac ebē arā filius adoptiuꝰ regis arabum.

Volumina plurali' difficilis ⁊ tediosa..

Quare vocauitꝰ opus aggregatoris lugdunen.

Diuisio operis in libros capita et paragrafos

compto vocabulo appellare consueuimus: auctorum potiones confectiones: electuaria: vnguēta: malagmata: ceteraq̄ huiusmodi remedia siue interius sumenda: siue extrinsecus approximanda: recēscendo caput ipsum claudet. Mirari fortasse ḋspiā non desineret. vt qui precipuorū arabū sententias afferre secundo. §. pollicitus sum: bonū haly abbatē plerūq̄ reticuerim: quē nostri perinde ac vetustissimū doctissimūq̄: semper iudicarunt. Cui respōdeo me haly abbatis lectura plurimū oblectatū fuisse: insudasseq̄ frequenter. Verum dum invisendis pariter ysaac operibus incūberem: locus occurrit in quarto febriū capite de diebus quibus fit crisis: vbi se aliquādo pantegni edidisse ad illud crebre lectorē remittens fatetur. Cum autem frequenter ad pantegni illo suo cōsilio accesserim: quesierim insuper: quid haly abbati in dispositione regali menti esset. In ambobus easdē prorsus sententias: eadem pene verborū serie: in eisdemq̄ capitulis notatas reperiens: iudicaui hec fuisse eiusdē auctoris opera: immo vnum idemq̄ vnius auctoris opus: posteriorem q̄ a priore hanc ditissimā traditionem abstulisse. Et haly abbatem potius ab ysaac q̄ediuerso: propterea q̄ haly abbas rasim memorat. Rasis crebre ysaac sermones suo operi continentis annectit. vnde clarum relinquitur ysaac longe ante haly abbatem scripsisse. Et propterea haly abbati satisfactū esse: cum ysaac in pātegni auctoritate vsi fuerimus. Quibus ambobus succedēs: Constantinus monachus: et ipso falso similiter opus pantegni: quod ysaac fuit: sibi ascripsit. Nec putet quis Constantinū solum pantegni nomen ab ysaac deprompsisse vt multis placuit: illumq̄ traductioni sue haly abbatis superposuisse: sicq̄ nomine regalis dispositionis mutato: illud opus in quo interpretis officio tantum functus est: sibi destinasse: non opus ysaac. Etenim ysaac. vbi in feb. libro lectorem ad pantegni viaticūq̄ quorum ipse auctor est: mandat. Si ad illa accesseris reperies profecto sermones locaq̄ secunda simul vt direxit primis conuenire: nihilq̄ dissidij interesse. Quare autem omnem verborū maiestatem facundiam eloquiq̄ latini phaleras relinquens quotidianum planeq̄ rudem sermonem in hac editione elegerim: si perconteris: non inconsulte hoc actum esse scias. Sunt etenim nostri medici hac tempestate plurimūq̄ incompti: quibus satis est: immo ex industria eos delectat ritus ac rudis sermo magis q̄ latinorum vocabulorum obseruātia: non satis aduertentes tam immensam tamq̄ preclaram artem barbarie fedari flagitiosissimum esse: ac penitus nobilissimam faculta-

Quare auctor ex arabū numero pretermisit haly abbatem.

Idē opꝰ pātegni ⁊ regal' dira: a spositōis.

Haly abbas abstulit ab ysaac opꝰ regalis dispositōis.

Cōstantinꝰ monachꝰ falso sibi ascripsit pantegni et viaticum ysaac.

Medici nri tpis sōpti sunt et barbarie vlecia tur.

tem infamare. Preterea cum ꝛ priscorum theorias emperiasq; in vnum congregare. Eandēq; verborum seriem: qua ꝛ ipsi vel vsi sunt vel traducti in medium adducere constituerim: coactus hunc humilem stilum obseruare compellor. Reliquum est clarissimi doctores vt qui doctrina ac litteris preclaros oēs semper magni habere vestra humanitate soletis: sicuti ꝛ vos longe ante ceteros doctissimi iamdiu pro regie maiestatis conseruatione delecti estis: hoc opus vestris genijs: vestrisq; mineruis dicatum directum ac deuotum: ab emulorum oblatratib⁹ ac maledictis prohibeatis: vt vestro auspitio tutum: in lucem et propatula prodeat.

Laus doctissimoꝝ phisicorū quib⁹ suū opus dicat.

¶ Domini Simphoriani champerij serenissimi ducis Calabrum ꝛ Lothoringū ꝛc. medici primarij opus aggregatoris lugdunensis de morbis particularibus: a capite vsq; ad pedes. Liber primus.

¶ Caput prohemiali primum.

Qui humanos regit actus: ꝛ cuncta gubernat: ille adsit propitius: ac felix nobis in cuius nominis gloriam: nostraꝝ lectionū letum auspicemur exordium. Studiū cunctorū mortaliū precipuū esse debet: vt noscant atq; declinēt que mala cernantur ꝛ noxia: asciscant ꝛ amplexentur: que bona sunt ꝛ salutaria. Quibus rebus maxime opus esse intelligo: si quis philosophiā: ac medicine artez laudaturus sit: vtramq; proculdubio: ꝛ excellentissimā omniū ꝛ humano generi salutarem. Est eñ philosophia vt greci tradunt vere laudatarū oīm procreatrix quedā ꝛ mater artiū: ꝛ donuz omniū longe preclarissimum: ab immortali deo diuinitus concessum mortalibus: lux vera illustrans hominū mentes: cui tanq̄ regine assistunt relique omnes: ꝛ veluti ancille vtq; pedisseque obsequūtur. Quid de medicinali sapientia multa: Hec illius comes: hec vernacula soror: ꝛ vera philosophie astipulatrix est: que vna disciplinarum maxime fuit omniū humano generi salutaris: ꝛ magnis priscis quoq; tēporibus celebrata preconijs: que primum celeberrimo auctore teste Plinio inuentores suos celo dicauit: hec eñ propter summā eius vtilitatē: tanti estimari a veterib⁹ consueuit: vt pro Ciceronis sententia. Deorū immortaliū sit inuentio consecrata: vt Apollinem: quem tanti faciebat antiquitas eiusce artis inuentorem primum fuisse tradant: quem secutus Aesculapius. Medicinā quoq; vehementer auxit. Uerum (vt omittam priscos illos: qui primi vel inuenisse hanc artē: vel perditam reuocasse: vel cultam amplificasse perhibentur: Podalirium: Machaonem: Orpheū: Museum: Hesiodum: tum Hippocratem coum: Galenum pergamenū: preclarum Auicennam hispalensem: Asclepiadem: Herasistratum: aliosq; pene innumerabiles: qui maxime admirationis sunt habiti: quos laudare malim q̄ cum ceteris comparare) ad gallos nostros et italos recentioris memorie medicos veniā. Gloriatur Gallia Celtica Bernardo Gordonio. Gloriatur Johāne tornamira. Belgica gallia Jacobo de partibus et Johanne de sancto amando. Patauium Petro ebano. Florentia Thadeo suo ꝛ Trusiano. Christophoro de honestis: et Bertrucio bononia. Forum

Materartiuz phia ꝛ rerū laudatarū ꝓcreatrix.

Comes ꝛ soror philosophie ꝛ astipulatrix ē medicina.

Suos inuentores celo dicauit.

Medicia deoꝝ inuentio.

Primi medici.

Medici galli.

Medici itali.

tulij Iacobo. verona Gerardo bolderio Johāne herculano: nec parum etiam amico nostro Alexādro benedicto. Alij preterea populi alijs. Sena Jo vna imprimis iure gloriari possit duob' luminibus vgone bentio: ⁊ Bartolo tureo quorum ingenij tota admiratur italia. Sunt ⁊ alij hodie tam apud italos q̄ gallos: quos possum monstrare: sed nolo blandiri viuentibus. Medicina igitur res est sacra. Nā ⁊ si nobilis: ⁊ pulcherrima omnij illa cognitio est: que ⁊ nobilitate subiecti: ⁊ splendore prestat: et certitudine quadam demonstrationis antecellit: iure medicina plerisq̄ alijs anteponenda est: que diuinum opificij: idest hominem ⁊ totius humani corporis secreta rimatur: fabricā preclarissimam perscrutatur: et compagem eius diuine compositionis totam patefacit hominem: idest veram dei conditoris imaginem seruat: tuetur: iuuat: languenti salutem atq̄ incolumitatem prestat: ⁊ quod vere diuinū est: mortuos quodāmodo medicinali ope a pernicie: atq̄ ab interitu vēdicat: ⁊ omnia perspicuis: ⁊ certissimis documentis ostendit: hanc qui vere: ⁊ saluberiter profitentur: summis sunt honoribus efferēdi: ⁊ omni laude decorandi.

Medicina res sacra est.

Hō imago dei.

¶ De sectis medicorum. Caput.ij.

ET quoniaz de medicine generibus incidit mentio: non incongruū mihi videtur: qm̄ greci termini sunt ea hic in medij afferre atq̄ interpretari. Tripertita igitur est medicina: quedā est logices seu rationalis. Alia methodice. Tertia empirice. vti Ausonius gallus duobus carminib' cōplexus est. Triplex quoq̄ forma medendi. Que logos ⁊ methodos: cuiq̄ experiētia nomē. Logice vel rationalis latine professores (vt inquit celsus) hec esse necessaria proponūt. Abditarum ⁊ morbos continentiū causarū noticiā. Deinde euidentiū: post hec etiam naturaliū actionū: nouissime partiū interiorum. Inde logicus medicus: qui ⁊ domaticus dicitur. Empirice Jo quontā empiria experientiā significat: inde nomē accepit: inde Empirici de quibus celsus ita loquitur. Contra hi qui se empericos ab experientia nominant: euidentes quidem causas vt necessarias amplectuntur: obscurarū Jo causarum ⁊ naturalium actionū questionē ideo superuacuā esse contendunt: qm̄ incomprehensibilis natura sit non posse vero comprehendi patere ex eorum qui de his disputarūt discordia: cuz de ista re: neq̄ inter sapiētie professores: neq̄ inter ipsos medicos cōueniat: hec ille. Tertia autē species methodice intermedia est: ac veluti in confinio vtriusq̄: collata: dum sit quasi quedā via: que contemplatrix est eorū que in morbis cōmunis est. Methodos enim via breuis dicitur: inde methodicus medicus: quem perperā methodicum vocitant.

Triptita medicina est.

Triplex medendi forma.

Cornelij celsus in phemio libri sui.

¶ Medicorum alia secta. Caput iij.

TMedicinam Plinius naturalis historie lib. xxix. in tres partes diuidit: et fuisse tres sectas medicorū ostendit. Primam dicit Cliuicem que victu ⁊ venenis corporibus medetur. Alia tetralepticen que vnguentis. Et empicem vel melius Empiricen de qua dictum est. Cornelius autem celsus ita tripertitur. vna est que victu. Altera que medicamentis. Tertia que manu medetur. Primā idest dieteticam. Secundā pharmacenticen. Tertiam idest chirurgicen greci nominarūt. hec ille. Chirurgia est medicina manualis. Dietetica victu medetur. Pharmacenticevero medicamentis. Hippocrates cous tēplo Aesculapij cremato: vt Varro perhibet medicinā eam instituit: que cliuicevocitata est. Debet autem inquit Antonius musa: medicus dieticus ⁊ cliuicus scire quattuor tempora causarum omnij febrium. vt initio: augmento: statu: ⁊ declinatione. Cliuicus maxime debet intelligere pulsus arteriarū: et indicia vrine. In his siquidē intelligitur genus febris: ⁊ origo causaq̄: ⁊ tēporis ratio. vite mortisq̄ professio.

Medicie diuisio ex plinium.

Cornelij celsi diuisio.

Hippocrates princeps cliuice secte.

Antonij musa Julij cesaris medicus.

¶ De rationali medicina quam logicen vocant. Caput iiij.

RAtionales seu logici ratiocinantur et conantur rerum causas perscrutari duce scientia que triplici procedere ordine perhibetur. Primo a finis notiōe: que fit per resolutionem. Secunda ex cōpositione eorum que per resolutionē inuenta sunt. Tertia ex diffinitione dissolutionis: quam proprie vocandam doctrinam heraclides erythreus putat. Eam vero que per compositionem ipsi attentarunt herophilij: et nōnulli Erasistratij Ataleusq̄ athenienses. Ante Galenū ab ea notione que a fine sumeret initium nemo scripsit: vnde tamen artes omnes via quadā doctrine consistunt. At de medicine quidem inuentione hactenus tunc quid sit inspiciamus.

De medicine triplici ordine.

¶ Medicine diffinitio. Caput.v.

Galeni diffinitio in primo tegni. Sanum corpus. Egrum. Neutruz.

MEdicina scientia est sanorũ: et egrorum ⁊ neutrorũ corporum: vt scientie nomen cõmuniter: nõ vtiq; peculiariter sit intelligendũ. Sanum autem ⁊ egrum ⁊ neutrũ ita accipiendũ: vt singula tripharie dicantur vt corpus: vt causa: vt signũ. Alij viam quandã esse aiunt medicinã: qua cognoscit̃ si corpus astrictũ est digerẽdum esse: si laxum continendũ: si ꝟo mixtũ vitium habet: occurrendum subinde vehementiori malo: ⁊ aliter acutis morbis medendum: aliter vetustis: aliter increscentibus: aliter subsistentibus: aliter iam ad sanitatem inclinantibus.

¶ De subiecto medicine. Cap̃. vj.

Subiectum et finis medicine. Diuidit̃ medicina in ĩspectiuam seu theoricaz ⁊ actiuã: i. practicã Alie diuisiões medicine.

SIcut ars omnis suũ habet subiectũ ⁊ finem: ita medicina subiecta quidẽ corporaj ⁊ medelas: finem ꝟo sanũ corpus efficere. Diuidit̃ aũt a plerisq; medicina in partẽ inspectiuã ⁊ actiuã. At inspectiuaz rursum distribuũt in physiologicã: ethiologicã: ⁊ semiomaticam. Actiuã porro in sanandiviã: medicãdiq; rationẽ. Has partes adhuc subdiuidũt vt physiologicũ in elemẽta: cõplexiones: que tẽperamenta quoq; appellamus: potentias: humores: mẽbra. Ethiologicũ in precedentia imperiũ habentia: ⁊ cõprehensoria. Itidem etiam semiomaticũ: in memoriã reuocatiuũ: ⁊ discretiuum: inq; futurorũ deprehensionẽ. Sanandi autez via intuendam pueritiã: etatem mediã: ⁊ senilem: horumq; victũ opportunum. Medicandi autem ratio in medicamine victũ: ⁊ manus operam: quam chirurgiam dixere greci.

¶ De corporis humoribus. Caput. vij.

Quatuor hũani corporis humores. Cãe egritudinum. Cause sanitatis.

HUmanum corpus quattuor constare elementis receptum a cũctis est: sanguine inquã pituita seu phlegmate: flaua ⁊ atra bile: hec (vt nostri theologi ferũt) ante primi hominis culpã tanta armonia continuata erãt. vt ex ipsis neq; mors neq; morbus: neq; molestie quicq̃ emergeret. At soluta hominis in deum obedientia soluta est et humorum huiusmodi pax: dissipata concordia. Cum igitur sibi hec elementa constiterint: conquieuerintq;: tum sanus homo esse perhibetur. Cum ꝟo inuicem sese protrudunt redũdantia: et substractione: tum demum mortales morbo oblanguescunt: redũdante aut subtracto humore: altero humore imperante: altero autem oppresso. Est etiam cum duo miscentur elemẽta: vt in synocho febre: seu continua: nempe flaua bilis cum sanguine miscetur: fitq; tumultus animali ingens: ⁊ morbus intolerabilis: vt etiam pulsus in ipsa quattuor diuidatur elementa: principiumq; illinc nanciscatur. Proinde qui mortales ingẽtes ac celeres motus habent pulsuum: id ex imperio habeant humorum flaue inquã bilis: ⁊ sanguinis. Qui ꝟo molliter aliquo pacto atq; clementius mouentur: id propter pituite et atre bilis esse deprehenditur incrementum.

¶ De sanguine. Caput. viij

De humore sanguineo. Humorũ etates.

SAnguis primus inter omnes humores quattuor: qui in hũano sunt corpore calidior est ⁊ humidior: aeris naturã referens: ceteros in sese cõmixtos humores continens. Qui si superet: homines tradũt pleriq; medici: inter quos precipuus hippocrates esse bene sperantes: innoxios: simpliciores: moderatos. Diuidunt̃ humores ipsi in etates quattuor. Redũdante nãq; pituita cum sanguine pueris perhibet̃ ad. xiiij. vsq; annos: inde bilis flaua cũ sanguine dñatur ad annos. xxviij. inde ad annos. xliij. pars magna sanguinis cuz atra bili exhibet imperiũ: inde ad supremã vsq; etatez pituita: moriente corpore: seclusoq; spiritu in sese redeunt elementa.

¶ De cholera seu flaua bili. Caput. ix.

Cholera ignis proprietatez imitatur. Mores cholerici.

FLaua ꝟo bilis calida ⁊ sicca est: ignis proprietatem imitatur: cum externo calore presertim accenditur: vapore em̃ vniuersa perturbat: vt in perniciosa causonide conspicimus. Si ꝟo flaua bilis superet: homines: vel ei vicina bilis rufe: iracũdos: ingeniosos: acutos: leues: macilentos: benevalideq; concoquentes reddit: hos humores peculiaria conceptacula continent: vene sanguinem: stomachus pituitam: in iecore vesica felem: lien ꝟo atram bilem continet.

¶ De pituita. Caput. x.

Pituita d̃ natura est aque. Dioclis opinio ad regem antigonum. Paulus egineta.

PHlegma frigidũ ⁊ humectum est: aque vim possidens. Si homines superet cito canescẽtes: necnõ cogitabũdos: meticulosos reddet. Hic quoq; nõ alienũ fuerit ostendere Dioclis medici cõmotionẽ ad antigonum regez: quã insignis medicus Paulus Egineta operi suo putauit inserendã: ⁊ Antonius musa Augusti tempore florens secutus existimauit recensendam. Quoniam inquit regem amantissimũ disciplinarũ diu viuere cupere debemus: putaui cõmonendũ vnde ortus morborum esset hominibus: de quibus signis deprehẽdi possent/ necnon eis occurrere. Hyberno ergo tempore quoniaz tum affluit pituita: vnde distillationes vue deiectio: tonsille: tussis: ⁊ id ge-

Regimē et dieta hyemis.

nus alia cōmouemur vti calidis ⁊ maceratis cibis: sinapi: apio eruca: pipere: plurima exercitatione plus ceteris tēporibus: caput purgandū. Verno tēpore crescit sanguis: febris de humoribus nascitur extrarijs: ideo refrigerātibus vtendū esse putant ⁊ amaris ⁊ arefaciētibus: ⁊ que aluum citent: tepidū potendū.

Dieta veris.

Estate bilis rufa alitur que acutas excitat febres: causon: continuam: tertianā. vtendū ergo frigidis ⁊ suauibus ⁊ bene olentibus que facile concoquantur. Bibendū frigidū ⁊ aqua multa dilutum vinum: a coitu abstinendū veneris quo vis virtusq; stomachi minuitur infringiturq; ac subit corporis tremor. Autūno alitur bilis atra. vnde stomachi pituita febresq;. Augeē felicitanda ergo aluus: euomere aliquādo prodest: venerē non affectandam putant. Qui per hyemē atrocius egrotant: aduentāte vere plerūq; moriūtur: q; quos humores noxios cogebat cōtrahebatq; frigus: eos calor relaxat: et q; defluere non queunt: iam dilabantur necesse est.

Dieta autūni.

De melancholia quam latini atram bilem vocant. Caput. xi.

Atre bilis natura.

Auctor.

Sicce habitudinis corpa acriori medicamēto leduntur.

Auctor.

Natiua caliditas hūido tēpato gaudet.

Atra bilis ficca ⁊ frigida est terre naturā continens. hec subdolos: tacite iracūdos: auaros: timidos: tristes: somniculosos: sepe inuidos facit. Et si hūores omnes sanguis contineat: qui vna per omnes venarum riuulos: plus minusve pro corporis habitudine diffundi in singulas corporis partes recta ratione cōprehendimus: qui membris alimoniaz subministrant adeo necessarij vt eorum quocūq; aut per vim aut sponte priuetur homo: eum in perniciem agi certum sit: vt atra bili tota reddita: pvenas itaq; et meatulos quoscūq; alimentū resudans: quēadmodu; aqua per crudiusculū vas futile dum apponitur humor: aut simile fit ⁊ demum vnitur: vt verbis Galeni vtar: in carnez conuertitur: aut aliud similare membrū. Ex calore frigore consistēs: ex quo fit vt caro abigne resoluatur. Calor enim non ex quolibet carnem facit: nec quolibet modo aut tēpore: sed ex materia apta: et vt apte ⁊ cum apte effici potest.

Corporis humani diuisio fm antiquos. Capu. xij.

Auctor.

Percusso cerebro vl mēbrana

Quidimus inquit Diocles humanū corpus in quatuor: caput: thoraca: ventrē atq; vesicam. Cum ergo caput languor aliquis inuaserit: signa hec apparebunt superciliorū grauitas: oculorum tenebre: dolor capitis vel oculorū: pulsatus tēporū: tinnitus aurium: oculi lachrymosi: acies obtusa: narium obstructio: dentiū

gingiue sublate flūt. Cū hec signa apparebūt: caput purgandū erit: medicamine quidē nullo: sed hoc modo: hy sopi vel origani capita conterito: in aceti vncias duas: aque vnciaz dulcis: postridie coquito: vt ad vnciam modo redeant: inde ieiunus gargarizato: ⁊ tepidum ore contineto: quoad omnis extrarius humor e capite in terram effluat: aliquot id facito diebus: cum facies: linteo calido caput tegito. Preterea ⁊ cum mastiche equali pondere trita aquam calidā datovt in calido gargarizet cubiculo. Dato ⁊ sinapi tritum eodē modo gargarizandū. At negligentibus eueniunt oculorum imbecillitas: aurium dolor: in collo strume: cerebri oppressio: suffocatio: vua: angina: fluxus capillorum pectoris stridor: hulcera capitis: vox minuitur: dentiū dolor oritur: nares opplentur.

Bilisosus: vomit⁹ in sequit ac nerui distendunt.

De accidentibus pectoris. Caput. xiij.

Acciden tia pectoris.

Cum circa pectus aliqua causa mala gignit egritudo: hec signa erumpūt: sudor per totuz corpus nedū circa thoracem: lingua crassescit: salsescūt: amarescūtve sputa: viridescit latus: dolēt scapule: dolores nulla apparente causa insurgunt: frequēter oscitat: vigilie sequunt: suffocatōes: sitis nō quiescit satis ex sentētia: insomnis: rigor pectoris: brachiorū manuū tremor: pruritus corporis: tussis arida. Hunc languorē ita curato vt primo cibus potusq; sumat tēperatus: ac mediocris presertim in cena. postridie eius diei ieiunus vomitū citet: quod qui velit prius radiculas tenues mādūcet: nasturciū: mentha: sinapi: portulacā: inde aquā tepidā cū aceto potet: atq; ita vomat. Curā negligentib⁹ laterū dolor insurgit ⁊ pulmonis: bilis atra: febres acute: deliriū: lethargia: lienis vitium: epatis languor: singultus. plurima inter dormiendū inquies.

De ventris languoribus. Caput. xiiij.

Acciden tia vētris Auctor.

Cum vēter lāguet: hec se efferūt signa. dolor intestinorū: fastidiū ⁊ toti⁹ corpis veratio. cibus ⁊ pot⁹ amarus videt. olfact⁹ amittit. labor in toto corpe febricule pauce. splenis ardor. Curato ita victu citra medicamē. plus em̄ pdest ⁊ tutior est via cuticūq; morbo medearis. betaz pauca folia in mulsa decocta alliave coctavl maluacea folia. vl lapati vel colliculos agrestes. Cūcta em̄ hec aluū subducūt. Qd si magis adhuc velis vtrice admisceto dilutionē in oi decoctiōe. suauior nāq; ⁊ citra periculū est. vtilis ꝓ leuis brassica in aq̄ multa decocta: huius succus potus cum melle ⁊ sale: vt sint acetabula quattuor aut

Imbecilluz hoiez reddūt obiter egre sanātur.

ciceris aut erui: aqua cocta eodē pota modo ieiuno ore sumatur. Negligentibus euenīunt ventris profluuiū: tormina: lenitas intestinorum: ileus: tertiana febris: ischias: podagra: apoplexia: sideratio: hemorrhoides: morbus articularis.

Auctor ex illiacis doloribꝰ vomitiones ꝛ sugultꝰ crebri ac deliratio diruz augurīū faciūt

De passionibus vesice. Cap. xv.

Cum in vesica morbus est: hec signa comitari solēt pauco cibo satiatur: crebra ructatio: inflatio totius corporis: color inuisus: somnus grauis: liuida vrina cū dolore fit: tumor dolorq; circa colē. Cum talia signa eruperint: occurrēdū est morbo. excitātibus vrinā: aromatibꝰ tutissimis: feniculi ꝛ apij radices madefaciēde vino albo bene olēti quotidie matutino tēpore cū aqua potādi bini cyathi: dauci quoq; myrrhe. eleniij: quodcūq; horz tibi habueris: prosunt eñ oia: aquā pota ciceratiā cū vino: oleris quoq; atri radicē ꝛ graminis: paucula piperis grana cū pastinaca: ꝛ petroselino in aqua coque: inde mādūca: vel imitte etiā piperis aliquantulū in vinū albū: vt ieiunus potet. Negligētibus euenīūt lienis dolor: aqua inter cutem: lecinoris dolor: calculi nascunt renū dolor strāguria: ventris tumor: stomachus non concoquit.

Vesice passiōes.

De morborum temporibus. Cap. xvj.

Morbi quattuor habent tēpora: principiū: ascensum: acumen: ꝛ declinationē: in his querit principium ꝛ reliqua. nam nisi morbi naturā presagiamus ꝛ tēporis mutationē: nō satis idoneā adhibere curā poterimus. Principiū morbi est: cū natura non amplius opponitur superata ab ea: que gignit morbū materia. Ascēsus est cū dolores capiunt incremētum ꝛ febris intēditur: doloresq; exulcerāt. Acies seu acumen cum hec oia tempus custodiunt: neq; maius neq; minus. Declinatio seu decessio: cum dolores: difficultas anhelitus: et si ita euenit tussis cum febri in corpore diu agantur: hic intendenda medico acies in egri pariter ꝛ morbi naturam. Hippocrates in cōtinuis tenuissimū victum esse oportere dicit: ne qua inter cōcoquendum perturbatio orta augeat morbum.

Tēpora egritudinum.

Ascēsus. Acies. Declinatio.

Presagia medicorz ex hippocrate. Cap. xvij.

Quarto die in febricitantibus e naribus stillās sanguis: tam malū q̄z bonum potest portēdere. Ubi nedū cesset febris si labiū aut naris: aut supcilius contrahatur: si nō cernat: si nō audiat eger nimia imbecillitate: proxima mors est. Si rhigor incide

Presagia seu prognostica vl p̄notiones medicorz

rit necdū febre abeunte iam imbecillo: lethale signū est. Quibus non cessante febre spiritus difficultas accesserit ꝛ amētia: lethale est. Quibꝰ in febribꝰ vel alijs morbis a proposito lachrymanť oculi: nihil alienū est. si nō a ꝓposito: alienū. Dolores ꝛ pressiones humeri in cubita fluentes sanguinis missio tollit. In acutis morbis cū febri fracte respirationes: malū. In acutis morbis partium extremarū frigiditas: malū. In sudore horror: nō cōmodū. Si febris non a bili ortum habeat: aqua multa calida capiti infusa febris liberatio est. In non cessantibus febribus si exteriora frigescant: interioraq; estuēt sitisq; sit: lethale est. hec hippocrates. Idēq; porro quibus inquit in febribus hecticis fiunt rhigores difficultatez crisis habēt: quibus accessiones fiunt qua hora abiuit febris: crastino die eadē hora difficultas crisis: in quibus presertim febribus abscessus in articulos ꝛ maxillas irruperūt. Si in febre tumores non fuerint: et in gutture confestim suggillatio exoritur: lethale est. Guttur dolēs subitariā indicat pernicie. Si ex febri collum distorquetur: vt vix se queat cōuertere in collo tumor. lethale est. Febres non cessantes si tertio die validiores fiant magis periculose. que hoc modo relinquunt significant immunē a periculo. Quibus in febribꝰ inter dētes glutinosa fiūt: his valide fiunt febres. Quibꝰ tusses aride irrūpunt in febre causode nō admodū sitibūdi sunt. Febres inguinalibꝰ quos bubones greci vocant: malū. exceptis quotidianis. Captū a causo rhigore aduenīēte liberatio subsequit. A spasmo: vel tetano captū: febris aduenīēs liberat ab egritudine. Febris in diebꝰ imparibꝰ nisi abierit recidiua esse cōsueuit. Frigidi sudores cū acuta febre irrūpētes: mortē significāt primā. Sudores febricitātes si incepērint boni ꝛ tertiani: ꝛ q̄ntani ꝛ septimani ꝛ nouani ꝛ vndecimani ꝛ quaterdecani ꝛ vigesimiseptimani: ꝛ trigesimiq̄rtani. Hi nāq; sudores morbos iudicāt: si ita nō habeāt. laborē significāt et morbi longitudinē: ꝛ recidiuā. Febricitanti sudor aduenīens febre non cessante malum.

De motu: sensu: sanguine naturali ꝛ vitali. Cap. xvij.

Distribuunt autē inter se inuicē tria hec: vena: arteria: neruus. De trib̄ oriunt principijs alai regentibus. Ex cerebro quidē motus ꝛ sensus principiū est neruus. Ex iecore autē sanguis. Cuius fouēdi vena vas sanguinis. Ex corde qd̄ vitale principiū est: vas spiritꝰ arteria. hec sane presentaneo inter se inuicē fruunt adiumēto. Uena siquidē fomentū neruo suggerit: et arterie. arteria porro naturalē vene calorē ꝛ vitalē exhibet spm̄. Quāobrē nō est arteriā inuenire sine tenui sanguine: neq; venā si-

ne fumido ⁊ vaporoso spū. Diducit et corripit arteria harmonia quadā atq; rōne: motꝰ principiū a corde sumens: sed diducta ex herētibus venis tenuē attrahit sanguinem: qui euaporans vitali spūi suppetit alimentū. Rursus correpta estum: q̄ in ipa est emittens per vniuersum corpus: ac meatꝰ impellit. Nā cor quicqd purulentum: ⁊ glutinosum habet: p os et nasum euaporari educit.

¶ De pulsus ortu. Caput. xix.

Pulsus is vocatur motus vitalisq; potētia cuiꝰ cor est principiū: precipueq; eiꝰ sinister ventriculus spiritalis noiatus. Ingenitāq; sibi vitalē caliditatē omni corporis particule p arterias distribuit: sicut iecur p venas alimentū. Proinde estuāte corde confestim totum corpus contra naturam exestuat ⁊ frigente friget.

¶ De virtutibus que in mēbris sunt. Caput. xx.

Naturales potestates sunt quattuor: appetēdi: retinēdi: expellēdi: ⁊ distribuēdi. Quelibet siquidē aīalis particula: suū ad se naturaliter trahit alimētū: ⁊ tractū retinet: ⁊ retētū in suā trāsmutat substātiam: ⁊ superfluū expellit. Inde totū corpꝰ capit incrementū. Secernit aūt atq; extrudit supfluū p excrementū feculētius: ⁊ per vrinā: p vomitū: p sudores: p os: p nares: p aures: p oculos: p respirationē: perq; sparsa per corpus spiramenta. Instrumenta altilis sunt os: stomachus: venter: iecur: vene omnes: intestina: biles ambe: ⁊ renes. Os primū ventriculo preparat alimentū: in tenues ipsum partes dentibus ⁊ lingua discindens. Deinde obuersatū ⁊ concoctū alimentū a stomacho in ventrē demittit: qō excipiens aluus: separat vtile ⁊ membris accōmodatuz a lapidoso ⁊ materioso: ⁊ eo qō inutile sit mēbris: ⁊ vtile quidem in humores: succosq; transmutans id remittit ad iecur per venas emūgentes ⁊ ad iecur riuulorum modū adducētes. Sūt aūt huiusmodi vene que a vētre alimentū ad iecur eliciūt: perinde atq; radices: que ex terra ad stipites euehunt alimenta. Assimilatur nāq; aluus terre que alimentum suppetit stipitibus: vt radicibus vene. Ceterū ab aluo humorē excipiens iecur ipsum cōcoquit: sibiq; similem facit. Sanguis per lienem purgatur: ⁊ vesicā fellis exceptricē: ⁊ renes. Liene quidē terrestre: ⁊ feculentū attrahēte: sibiq; alimentū comparante. Vesicula vero bilis exceptrice acutum ex alimēto: quod in humoribus continetur colligente.

¶ Finis libri primi.

Liber scōs aggregatoris lugdunenſ. dñi simphoriani Champerij.

¶ De cephalea caput primum.

¶ Ex traditione grecorum ⁊ latinorū. §. j.

Hanc de corporis humani capite morbisq; loq̄mur: a vertice summo exorsi: ad imas vsq; deuecti plantas noia modo referētes: nisi speciosum dictu atq; necessariū sese nobis dicētibus offeret: qō pretermissu nefariū esse videat: nō vt resectorū mēbrorū referamꝰ historiā quā plures nobis pdiderūt. At nra tēpestate insignis medicus oratorq; celebris Alexāder bñdictꝰ nri amātissimus q̄ vt est acuti ingenij: doctrina bñ armatꝰ ita nō minꝰ diserte: q̄ grauiter anatomicē corpis hūani totā cognoscēdā tradidit: ad quā lectorē mittēdū existimamꝰ. Nostrū seq̄mur institutū cūcta vtiliter pstringēdo. ¶ Qm̄ admonēte nos plinio: sumꝰ ad naturaliū defectuū nri corpis mētionē adducti: psequamur iceptū ⁊ hūane vite morbos nō inutili curiositate narremꝰ. His em̄ enūeratis intelliges pene impossibile eē hoiem viuere sine morbo. Nā corporis et animi valitudines id cōe hñt q̄ sanitas i vtroq; vno mō attingit. virtꝰ em̄ animi: ⁊ sanitas corpis i q̄dā tēperie hec humorū: illa passionū est sita. Tēperies aūt mediū q̄ddā est: ac mediū vno mō attingit: sicut linea recta vno mō fit flexa pluribꝰ. ⁊ signū a sagittario vno mō tāgit: pluribꝰ aūt nō tāgitur: pp̄terea vt scō ethicorū meminit Aristoteles Pythagorici dixerūt malū ad infiniti: bonū ad finiti naturā attingere. Una ergo tēperie corpus bñ valet: male aūt pp̄e infinitis: qō ex ipis vocabulis cōstat. Sanitas em̄ vno vocabulo exprimit: ac morbi noia pp̄e infinita sortiunt. Adeoq; quotidie morborū numerꝰ inualescit: vt medici ⁊ quidē doctissimi atq; peritissimi in eis discernendis ambigui falsa plerūq; p veris accipiāt. sed de antiq̄s pauca e multis in mediū afferamꝰ. Capitis partes exteriores his noibus vocant. Sūmū; em̄ capitis vertex ōr q̄ aliq̄bus duplex reperit. ij macrobij ⁊ biuertices dicūtur. Bregma deinde siue sinciput in frontē vergit: qō infantibus palpitat. Frons postea ⁊ oppositū occipitiū equamētum capiliorū ad summū verticē bregma diuidens: bina vtrinq; tēpora: aures: oculi: anguli exteriores paropie interioresq; qui fontes dicuntur vnde lachrymarū pfluuium. Et Eon oculorū magnus ambitus. Supercilia quorū mediū mesophrion ōr a polluce. Palpebre in quibus linee rhitides ⁊ cilia: gene deinde: male: nasus: ethmus. Nariū interceptū: globolus: pterigia: siue phene: buce mystax: labia: os: mentū: que oia facie numerose varietatis efficiunt. In capite aūt interdū acutus ⁊ pestifer morbus est: quē cephaloen greci vocāt. Cuius note sunt. horror callidus: neruorū resolutio: oculorū caligo: mētis alienatio: vomitꝰ: sic vt vox supprimat: vel sanguis ex naribus cursus: sic vt corpus frigescat aīa deficiat p̄ter

Plinꝰ.

Corpis ⁊ animi valitudines in quo cōsistant.

Capitis partes.

hec dolor intolerabilis: maxime circa tẽpora vel occipitiũ: interdum aũt in capite lõga imbecillitas: sed neq; grauis neq; periculosa: per hois etatẽ est. Interdũ grauior dolor: sed breuis neq; tñ mortiferus: qui vel vino vel cruditate vel frigore vel igne aut sole contrahitur. Hiq; omis dolores (vt celsus inquit) modo in febre: modo sine hac sunt: modo in toto capite: modo in parte: interduz sic vt oris quoq; primã partez excruciẽt. Preter hec etiã inuenik genus qd̃ potest longũ esse: vt humor cutẽ inflat: eaq; intumescit ꝛ premẽti digito cedit. Hydrocephalon greci appellãt.

¶ De cephalea ex traditione arabũ ꝛ penorũ. §.ij.

Cephalie dolorisq; capitis diuisiones.

Cephalea dicik dolor capitis inueteratus qñ est per totum caput: hemicranea autẽ appellak dolor in medietate capitis. Monopagia ꝗo dolor in aliqua parte capitis. Clauus aũt in quacũq; parte minima sit fixus. Cephalea ꝗo recipit diuisiones plures. Diuidik enim fm loca ꝛ tempora: ꝛ fm causas suas materiales siue efficientes. Scõm loca qꝛ quidã est dolor extra craneũ existens sicut in pellicules ꝛ in carne supra craneũ existẽtibus. Aliquãdo inter pellicules sub craneo vel in medulla cerebri. Item dolor capitis quandoq; fit fm viã crisis: ꝛ quãdoq; antecedit febrẽ vel cõcomitatur vel sequik. Itẽ dolor capitis quãdoq; est morbus per se: ꝛ nõ causatus ab aliquo morbo: quãdoq; causatur ab alio morbo: quandoq; ab aliquo humore. Item dolor capitis quãdoq; est ex sola mala cõplexione cum humoris vitio: quãdoq; ex mala cõplexiõe sine humoris vitio: ꝛ qñq; ex causa exteriori: qñq; interiori. Et est aliqñ ex causa existente iuxta caput: sicut de causa priuata capitis: qñq; de causa remota in alijs partibus contẽta sicut in stomacho: vel epate. vel in ceteris partib⁹. Aliqñ autẽ dolor capitis est a morbo consimili: quãdoq; est ex officiali. Omnes autẽ ille cause et diuisiones sua habent propria signa: quedã tamen accipiuntur ab inditio patientis: sicut signa cephalee ex causa exteriori vt ex calore aeris: vel frigore: vel vigilijs: vel somno multo: vel ex casu: vel ex percussione: vel clamore et vsu cibariorũ acutoruz: vt est vinum forte: porri vel allia vel nuces et cetera fumosa. Quedam autem cephalea habet signa a dispositione totius corporis: sicut que fit a causa intra: vt que fit a repletione humorũ furiosorũ calidorum vt que fit. a febribus: vel a crisi: vel a mala complexione: vel a morbo officiali: vt est oppilatio vel constipatio: que de grossis humoribus nascitur ꝛ viscosis. Illa autem que ex mala cõplexione sola nascitur: tot recipit diuersitates ꝛ diuisiones: in quot mala complexio diuidi potest: sic potest intelligi de cephalea humorali. Iste autem egritudines maxime discernũtur per vinas:

Capitis egritudines p vinas discernunk.

ꝛ maxime per circulũ ꝛ granula in superficie vrine contẽta. Quedam autẽ cephalee sunt cum pulsatione in tẽporibus: vt heviden tur esse ex multa sanguinis ebullitione: vel ex multa ventositate. Alia autem est recens: ꝛ hec est facilis ad dissoluendũ: quedã ꝗo est inueterata: ꝛ appellak galeata: ꝛ hec est pessima ad curandũ: habet eñ pessima accidentia. Unde oculi et nerui eorũ multũ patiuntur: ꝛ sensus debilitantur: imo permixtio rationis aliqñ inde prouenit. huiusmodi ergo cephalea frequẽter incurrũt homines assueti cibis fumosis natura: sicut sunt nuces: porriz res pigues: ꝛ homines assueti multũ caput cooperire. nõ eñ tam forte est caput: quin per assuefactionẽ nimie cooperture debilitek cerebrum: ꝛ fiat tenerius ꝛ debilius: q; si aliquis cõsueuerit paulatim desistat: ꝛ dissuescat in tẽperato aere. Si ex sanguine sit cephalea: calorem patitur in capite: grauitatẽ in fronte: oculoꝝ rubescũt vene cum tota facie: ꝛ vene faciei sunt plene: vina rubea ꝛ pinguis: ꝛ corpus molle: ꝛ pulsus mollis. Si ex cholera rubea infra nares nimiũ habet calorẽ: ꝛ in lingua siccitatẽ: vigilie ꝛ sitis nõ desunt: ꝛ maior dolor est in dextra parte. Si ex cholera nigra in sinistra parte erit dolor cum frigore: vigilijs ꝛ grauitate. Si de phlegmate sustinet grauedinẽ ꝛ spiritus grauẽ retentionẽ cum querela: et dolorẽ in occipitio. Costãtinus auctoritate Gale. Nosse oportet caput diuidi in quattuor partes. Sãguis in fronte dominak: cholera rubea in dextra parte: phlegma in occipite: cholera nigra in sinistra: in quib⁹ modis cognoscẽdis medicus operã dabit. Oportet autem intũeri etatem: ꝛ egrotãtis consuetudinẽ: ꝛ vnde dolor natus sit. Si sit ex capite considerandũ est ex quo fit humore. Si ex sanguine vel cholera rubea: incidatur cephalica: nisi etatis cõtrarietas vel tẽporis consuetudinis ꝛ virtutis occurrat. Si ergo ad phlebotomandũ scarificemus: plena palma ab vtriusq; pedis calcaneo. Que ꝗo prosunt cholere rubee ꝓsunt ꝛ sanguini. Que ꝗo phlegmati ꝛ cholere nigre proderunt.

Cephalee alia p titio.

Cephalee sãguinee signa

Cephalee cholericesigna

Cephalee phlegmatice signa.

Capitis secrio.

¶ Cura cephalee ex traditione scriptorum recentium quos neoticos vocant. §.iij.

Cephalicorũ dieta.

Dieta in cephalea ꝛ dolore capitis sit temperata: vt sunt carnes pullorꝝ: perdices: fasiani: turdi: merule: alaude ꝛ minorũ auiuz: capriioli: annualis agni: porcorum extrema scz pedes ꝛ aures cum agresta: pisces squamosi aque dulcis bene currentis: lupi: luci: darci: partice: daurace. Salsamẽta: parũ cimini petro. cũ acetovel agresta. Uinũ bene limphatũ. Exercitiũ sit mediocre: multũ eñ iuuat ad fumositatũ respirationẽ. Nemo tamẽ plectoricus multũ moueak: qꝛ cito putresceret materia: et deuen

ret ad febrem vel apostema. Declinantia ad frigiditatē sunt portulace: lactuce: scariole: malue: pruna: pira cocta. ⁊ poma cocta: cucurbita: cucumeres: melones.

Emagoguz in cephalea.

¶ Emagogū sanguinē mūdificās ⁊ cholerā purgās sic fit. ℞. celerac. politrici: adiantos: capillorū veneris: ypericō: scolopēdrie: seminū frigidorū maiorū mundatorū. prunorū. violarū. iuiubaruz. añ. ʒ.j. bullīāt in aqua in cuius colatura resoluat casie fistule: tamarindorū. añ. ʒ.vj. aut. ʒ.j. māne granate ʒ.iij. colet in cuius colatura dissolue reubarbari electi. ʒ.ij. vel loco reubarbari: myrobalanorū citrinorū. ʒ.ß. ⁊ stet tota nocte sub diuo. Mane cuz syrupo violato vel aqua p̄dicte decoctionis cū tota substātia accipiatur.

Colagogum i eadem.

¶ In cōfectione colagogi addat absinthiū illis in prima colatura ⁊ herbe magis frigide. In secūda se. lactuce: portulace: papaueris albi: ⁊ loco reubarbari vel myrobalanorū. pōt poni scamonee. ℰ.j. ꝓm tū ꝓtutē patiētis. Istud emagogū vel colagoguz: qr parū differūt: pōt dari, singlis mēsibus repletis cholera ⁊ sanguie siue sit in capite siue in stomacho. ēt in tertiana simplici ⁊ duplici ⁊ in calefactione epatis. ſz nō cū scamonea materia indigesta. In cholera prassina ⁊ eruginosa dat trifera saracenica cū reubarbaro ⁊ p̄dicto colagogo. Ita q̄ apponat tertia pars colagogi propter adustionez. Si ergo egritudo sit ex sanguine celebrata minutione ⁊ emagogi datione: deinde electuaria q̄ cū modificent ⁊ eius feruorē tēperent: vt dy aprunis simplicis: zuccarū ros. ⁊ viol. dy aceraceos dy arodū abbatis: dy apapaueris: triasandi: dy acitonitem frigidū: rosata nouella cuz syrupo viol. ⁊ cōposito ex herbis frigidis vel orizaccara vel syrupo acetoso. Sanguisuga imponatur in vena frontis aut in principio nasi inter duo supcilia aut in fine nasi ⁊ hoc si oculorum palpebre graues sint: dolorem tollit.

Cephalee sāguinee ꝓgrueētia.

Cephalee phlegmatice ꝓpetētia.

eſt idē: et materia vnde naſcuntur frigida eſt ⁊ groſſa. Sed tamē apoplexia totij virtutis per mēbra diſcurrētis ablatiua eſt. Epilepſia ꝓ cū motu eſt diſturbatio: vnde medici epilepſiā vocāt apoplexiam paruā. Que trib⁹ ex cauſis eſt: vel ex phlegmaticis humoribus: vel melācholicis naſcētibus in prora cerebri: vel ex ventoſitate frigida ⁊ groſſa dominātē cerebro: vel ex humoribus cutlibet alij mēbro dominātibus ſicut ſtomacho: cū enī humor aliqs naſcit in his mēbris ſum⁹ eius p neruos aſcēdit ad cerebrū: groſſitudine cuiusvie opplātur ſpiritus aīalis. vnde caducus morbus cōcreatur ſine vllis accidētibus antecedētib⁹ ⁊ ore ſpumāt. Epilepſiam q̄ ex humoribus in prora cerebri fit: timor ⁊ grauitas capitis precedūt et pigritia atq; tenebroſitas in oculis. Accidentia vniuerſalia ſenſus ablatiua et volūtarij motus ſunt hec: mēs cito corrūpitur ⁊ patiens ſpaſmatur: ſed tñ cito ſanatur. Aliqñ et egeſtio et polluto hanc paſſionē comitatur: ⁊ vrina preter voluntatē emittitur. Hec paſſio ſemp tēporibus venit determinatis. vñ Galenus. Epilepſia q̄ creſcēte luna venit, ſuā materiā ſignificat humidiſſimā. Auicēna Multotiens ſentit epilepticus aliqd eleuari ex pollice pedis ſui: aut alterius partis qō eſt ſicut vētoſitas frigida et tendit verſus cerebrū ipſius. Cuz ergo peruenit ad cor ⁊ cerebrum ipſius incurrit epilepſiā. Et nos teſtificamur nos vidiſſe res mirabiles in hac egritudine. Etiā epilepſia fieri poteſt ꝓpter vermes aſcarides. Et quidā modus epilepſie cōpoſitus cū ſincopi nominatur preſocatio matricis. Epilepſiā ꝓm plurimū antecedit ſpaſmus: deinde poſt ipſum fit epilepſia: et illud qm̄ ſi cōfirmatur ſpaſmus eſt epilepſia. motus ſternutationis eſt quaſi motus epilepſie leuis: et epilepſia eſt quaſi ſternutatio multa et fortis. Et cum accidit epilepſia plurimū eſt ex phlegmate. Et epilepſia melancholica fortis eſt et deterior. Et habens epilepſiā poſt. xxv. annos moritur cū ea. Epilepſia autē mulierū ⁊ infantiū ⁊ omniū quorum eſt ſanguis paucus: eſt parua propter conſtrictionē venarum. et coitus plurimus et delitie ⁊ quies ⁊ paucitas exercitij eſt ex cauſis epilepſie.

Auicēna fen ꝓma tertij canonis.

¶ Ex traditione auctorum recentium. §. iij.

Epilepſia humor eſt frigidus humidus quo vētriculi cerebri non perfecte oppilantur: prohibens animā ad declarandā actionem quoad natura vias cerebri ex illo humore exoppilauerit. Vulgus ꝓ dicit accubatum et tram dei eſſe: et aliqñ cōcomitatur ſtupor cum ipſa: aliqñ permutat ad paralyſim ſicut ⁊ appoplexiā: et paralyſim multotiens precedit ſtupor. Et ſpaſmus non neceſſario coniūgitur epilepſie: vt quando epilepſia eſt in ſubiecto in quo virtus

est impotēs ad expellendā materiā ad extremitates neruorum ⁊ origines. vt quādo causa epilepsie est vapor aut materia subtilis substārie et non multū acute qualitatis quoꝝ nō est causare spasmum. Cura epilepsie qñ est in pricipio. Digestiuū. ℞. sirupi de sticados. ℥.j. orimellis simplicis. ℥.ß. aquarū maiorane. ℥.j.ß. salue. ℥.j. acerose. ℥.ß. misce. Minoratiuū. ℞. pill. de hiera descriptaruz in recepta infrascripta: agari. añ. ℈.j. zinziber. grana. iij. agaricus infundatur in orimelle simplici. deinde misce: ⁊ fiāt pilule. vij. Pill. de hiera de quibus supra. ℞. specierum de hierapigra partem. j. aut ō hiera galeni maiori. aloes succotrini electi partes duas misce ⁊ cum syrupo de sticados fiat magdaleon pro pilulis. Eradicatiuum solutiuū. ℞. pill. fetidarū de hiera de quibus supra: agarici. añ. ℈.j. zinziberis. grana. iij. misce vt in primo minoratiuo: scilicet infundendo agaricum in orimelle simplici. Solutiuum facile. ℞ pill elefanginarū. ℈.iij. agarici. ℈.j. agaricus infundatur in orimelle simplici: deinde misce ⁊ fiant pill. Cerebri ⁊ neruorū confortatiuum ⁊ causarū tam antecedentis q̄ coniuncte digestiuū ⁊ resolutiuum. ℞. rad. peonie. ℈.iij. specierū diamusci dul. ʒ.j.ß. casielinee. ℈.ß. zuccari albissimi. ℥ vj. pistanda pistentur: deinde omnia simul misce et cum aqua maiorane ⁊ salue. añ. fiat confectio solida in morsellis. ʒ.iij. pro quolibet. Aliud cerebri confortatiuū efficacius. ℞. specierū dy ambre. ℈.j.ß. ossis de corde cerui. ℈.j. radicꝭ peonie. ℈.iij. carpobalsami: gallie muscate. añ. ʒ.ß. lingue arietis. ℈.j. zuccari albissimi. ℥ viij. puluerizanda pul. et fiat confectio vt supra. Aliud efficacius. ℞. radicum vitis albe radicum aristologie rotund. añ. ℈.j. rad. andacoche. rad. pentafilon. añ. ℈.ß. spi. epithimi. ana. ʒ.ß. sem. plantag. ʒ.iij. corral. rub. ʒ.j. puluerizanda pul. deinde ex omnibus simul mixtis fiāt pill. vij. pro. ʒ. Digestiuū vsuale. ℞. aquarū betonice: salue. añ. ℥.j. maiora. ℥.j.ß. rad. peonie. puluerizate grana. iij. zuccari albissimi. ʒ.iij. misce. Caput purgiū ⁊ cerebri confortatiuū. ℞. aquarū maiorane. ℥.j. succi solioꝝ blitis. ℥.ß. nigelle. ℈.ß. peonie. ℈.j. māne electe. ℥.ß. oia misceantur. Cerebri confortatiuū. ℞. syriace andromachi. ʒ.i.ß. Cerebri ⁊ nuche confortatiuū. ℞ vnguēti de bdellio mesue. ℥.j. corralloꝝ rub. ℈.iij. seminis plātaginis. ℈.j. oleoꝝ liliorū alboꝝ. ℥.j. spice. ℥.ß. laudani: quod sufficit ad omnia simul renacitatem faciendam: cere none: quod sufficit pro vnguento molli: puluerizanda puluerizentur: et fiat vnguentum ad lentum ignem. Cura epilepsie confirmate in qua potest dari syrupus talis. ℞. syrupi de sticados. ℥.j. orimellis squillitici. ℥.ß. aq̄ salue: aque maiorane. ana. ℥.j.ß. puluerisa: seminis peonie. ʒ.ß. misce. Pilule efficaces. ℞. pilularum de hiera maiori. cochiarum: agarici. añ. ℈.j. salis gemme grana. iij. misce et

Cura epilepsie bñ est in pricipio.

Minoratiuum.

Eradicatiuum.

Cerebri cōfortatiuum.

Cōfectio.

Aliud in forma pilul.

Digestiuū vsuale

Remedia i epilepsia iaz facta.

cum electuario indo quod sufficit ad incorporandum fomentur pilule. vij. Pilule faciles. ℞. pilularū de hiera simplici. ℈.iij. agarici ℈.j. salis gēme gra. j. misce: ⁊ fomenk pill. cū dicto electuario. Confectio. ℞ myrobalanos kebulos conditos numero. iij. dyamusci dulcis. ʒ.iij. diacastorei. ʒ.ß. aromatizentur cum seminibus nigelle: siseleos: peonie. añ. quod sufficit ad aromatizanduz. Clystere. ℞. mercurialis. M. j. ß. malue. M. j. sticados maiorāe radicū feniculi: petro. cent auree minoris. añ. M.ß. se. cartami. ʒ.iij. casiefist. hierepigre. añ. ℥.ß. zuccari rub. ℥.j. vitellum oui. j. olei aneti. ℥.iij. herbe radices semina bullitant sufficienter: deinde optime exprimantur et colentur: vltimo duobus cyathis dicte colature reliqua omnia addātur et fiat clystere. Masticatoriuū. ℞. siseleos ʒ.j. masticis. ʒ.ß. nucis muscate. ℈.j. piretri. ʒ.j. cere quod sufficit ad incorporandum misce ⁊ fiant pill. parue olfaciat ruthaz septissime Masticet sepe solum masticem. Caput purgium. ℞. aque maiorane. ℥.iij. puluerisa rad. yreos. ʒ.iij. nucis muscate. ℈.j. misce. Summū remedium est mutare aerem humidum in siccum vt Auicenna prima tertij capi. iij. de epilepsia et hippocrates. iij. apho. Analentia seu cathalentia eandem habent curam. cum predictis et cum scothomia ⁊ dolore capitis ex causa remota. In nulla epilepsia debet dari opiata nisi stomacho inanito ⁊ purgato. Omne enim antidotum excepto sale sacerdotali ⁊ marcelli ⁊ dyacitonitem et similibus confortatiuis stomacho inanito conuenit exhiberi.

Clystere

Mastica torium.

Caput purgiū.

De incubo et succubo. Caput. vij.

Ex traditione grecorum ⁊ latinorum. §.j.

Incubare dicuntur ij qui dormiunt ad accipienda respōsa. Vergilius. Pellibus incubuit stratis. incubare etiam pro coire accipitur: vnde incubi dicti sunt siluani et fauni: quos improbos quandoꝝ fuisse mulieribus compertum est et earum appetisse et peregisse concubitum. Item quidam esse demones quos nonnulli clusios nuncupant. hos nonnulli existimant spiritus esse elemento aereo corporatos. Namvt hoc elementum etiam cum agitatur flabello: sensu corporis: tactuꝝ sentitur. ita hos demones hanc etiam pati libidinem posse vt quando possunt sentientibus feminis misceantur. Demones quidam scripserunt animas hominuz esse ⁊ ex hominibus fieri lares: si meriti boni sint. Lemures seu laruas: si mali. Demones enim aliquādo humana corpora sunt ingredientes: vel viuentia adhuc: vel iaz mortua: ⁊ sub humana specie modo ineuntes mulieres: qui incubi dicuntur: modo se viris subiicientes qui vocantur succubi.

Poetarū figmenta de icubis et succubis.

Ex traditione theologorum. §.ij.

Incubus ab incubãdo dictus est: eo scz q̃ appareat phantasma graue incubare hõi in somnis ac si cum eo cubaret: qõ fantasma hoies dormiẽtes fm pluri mũ reputãt esse demonẽ: qõ vt volũt theologi: aliqñ est verũ: sed minus post aduentũ xpi: cũ antea cũ hominib⁹ magis cõuersarent. Propter qõ sciendũ de intẽtione Augustini. xv. de ciuitate dei: q̃ reperiunt demones qui dicuntur incubi ⁊ succubi. Immo vnus ⁊ idem est incubus: postea succubus. Uñ demõ aliquãdo suscipit formã quã ex aere conficit colorem eñ suscipit per multã condẽsationem sicut aqua per congelationem. Assumit ergo formã alicuius mulieris cum aliquo viro consuete. ⁊ cum illo succubo vir coit putans coire cum muliere cuius formam demon assumpsit: cum demon sit succubãs in modum mulieris ⁊ recipit sperma: quod cõseruat: ⁊ factus postea incubus accipiens formam viri alicui mulieri consueti: et secum coiens interdum ipsam impregnat. Nec est dicendum inde genitum esse filium demonis: sed viri cuius sperma recipit: quod postea in matrice infecit: sicut nec impregnata in lanello fm q̃ recitat Auerrois peperit filium lanelli: sed eius qui spermatizauerat in lanello. Et hoc modo affirmant multi fuisse genitos gygantes: quorum maior copia fuit ante diluuium q̃z post. Legit enim in historia beati bernardi q̃ demon siue incubus annis pluribus cũ muliere quadam dormiuit etiam marito mulieris in eodem lecto cõdormiente. hoc tamẽ nephas ignorante. Itaq̃z tandem mulier penitentia ducta volens deinceps licentiare ⁊ expellere incubũ: non potuit: vbi beato bernardo cõquerens qui ipsum demonem ardẽtibus candelis excommunicauit ⁊ sic mulierem liberauit ab incubo. Item beatus Augustinus. xv. de ciuitate dei ait. Creberrima fama est. multiq̃z experti sunt: vel ab illis qui expertos se audisse affirmant siluanos atq̃z faunos: quos vulgo incubos vocant: improbos sepe mulieribus extitisse: et earum appetisse et peregisse concubitum. Item in historijs Arcturi regis britanie sepius legũtur huiusmodi accidisse.

Ex traditione penorũ et arabum medicorũ. §.iij.

Auicẽna prima tertij.

Rasis in libro diuisionum. cap. vtij.

Incubus describit ab Auicẽna prima tertij tractatu quinto capite proprio sic. Incubus est egritudo in qua homo sentit cũ somnũ ingreditur fantasma graue sup se cadẽs ⁊ cõprimens ipm ⁊ angustiatur eius spũs: ⁊ intersecat vox ipsius ⁊ motus eius et fortasse prefocatur ꝓpter pororũ oppilationes ⁊ cũ ab ipso separat excitat eum subito. Rasis penus cum huic nõ succurritur qñ assiduus fit ⁊ multiplicatur: ꝓducit ad epilepsiã: ⁊ fit

ab assiduatione multitudinis sanguinis in corpore. Et signa eius sunt rubedo oculorum: et diminutio somni. Et cura eius est vẽtosatio cruris assidua post phlebotomiã saphene: ⁊ minoratio cibi: ⁊ dimissio vini. Et fit ex dominio phlegmatis: et signa eius sunt tarditas sensuuz: ⁊ multitudo sputi: ⁊ mucillagines: pigritia corporis: ⁊ mollificatio eiꝰ. ⁊ cura eiꝰ est cura epilepsie phlegmatice. Cura incubus.

Ex traditione auctorum recentium. §.iiij.

Incubus est egritudo quia sensibiliter ledit operationes. Si eñ accipiatur incubus pro oppilatione est egritudo in via. Si vero accipiat pro istis actionibus lesis scilicet motu: anhelitu: ⁊ voce: q̃ruis sit actio vel actiones lese. et per consequens accidens egritudinis: est tamẽ egritudo ex eo q̃ motus impeditus impedit anhelitum: et anhelitus impedit vocem. Sentit autem homo cum somnũ ingreditur phantasma graue cadens super ipsum ⁊ cõprimens ipsum: quod phantasma fm plurimũ existimat esse demonem propter opinionem vulgarium q̃ demones de nocte ambulent: ⁊ cum hominibus coniungantur ipsos ledentes. illud enim nocumentũ perceptum in somno facit hominem sic iudicare. Patientes incubum excitari debent vt calor ad interiora decurrens exteriora petat: poros aperiat ⁊ spiritus effundantur: et ventositas ⁊ fumus conclusus consumat et euanescat: plenitudini obuiet. Palor aũt ⁊ pauor in his periculosi sunt. Periculosius autem est si sine somno cadant aut quasi suffocentur: et post accessionem ad sensum non redierint: ⁊ corpus tremebundũ inueniatur vt sudor frigidus a stomacho vel capite cũ nimia pulsatione cordis. Facies eorum aqua irroretur: et pede vel manu trahantur: vociferentur quousq̃z ad rectitudinem sensus ducantur. Reliqua fiant vt in epilepsia. Cura incubi.

De apoplexia. Caput. viij.

Ex traditione grecorum ⁊ latinorum. §.j.

Attonitus dicitur stupidus: ⁊ fm seruium cui casus vicini fulminis ⁊ sonitus tonitruũ dant stuporem. Et fit aliqñ ex morbo: hoc est ex pcussione quã sepe mors sequitur: hec grece apoplexia siue apoplexis dicit. Hic morbus etiam dicit syderatio: qr cũ repentino quodã impetu eueniat: nõ cã aliqua inferiori: sz e celo vi quadã syderis ꝓuenire putat. Hic vr etiã Epiplexia. Astrobolia. inde syderati: id est sydere percussi: ⁊ syderationẽ passi. Inde etiaz Apopletici: latine attoniti: quorũ videlz ⁊ corpus et mens stupet ictu fulminis vel morbo. Scribit diuus hierony. Valentinianum imperatorem subiti sanguinis eruptione mortuum esse: que grece Apoplexis Diuꝰ hieronimus

dicitur. Inde scribit in epitaphio Nepotiani. Et ad presidē de cō temptu seculi. Persuasum aūt vulgo est eos qui repentina morte corruit euenire id gutta sanguinis e capite in cor delata. His (vt vult Celsus) sanguis mittendus est. verato quoq; albo: vel aliu ductione vtendum. Tunc exhibende frictiones: et ex media materia minime pingues cibi: quidam etiā acres: ⁊ a vino abstinendū. Archigenes inquit. Apoplexie morbus ingens natura est et celeriter graue. Primum quidem alicuius membri paralysi longitudine tēporis vel totius corporis destitutione. vel intelligentie obscuritate euenit: magis quidem senibus et per hyemē ⁊ statu frigido. ⁊ in magnis incoctionib⁹ succensionibusq; ingentibus ⁊ immoderatis vinolentijs. Talia nāq; habitū refrigerant (ac vt paucis dicam) huic egritudini succumbentes viuunt morte contaminati vel omnino citra sensus. Apoplexia (inquit Galenus) morbus est quo attoniti euadunt homines: quorū corpus ⁊ mens stupet. Fit interdū ictu fulminis: interdū morbo. Sane resolutio neruorū frequēs vbiq; morb⁹ est: ꝯ interdū tota corpora: interdū partes infestat: veteres auctores illud apoplexeā hoc paralysiz nōiarūt: sunt q̄ vtrūq; vocitēt paralisym. Apoplexia repente ortū indicat suū humorem crassum: vel frigidū vel glutinosum alueolis cerebri dominātioribus inhesisse implesseq; ipsos. nō fit ex distēperātia totius ipsius essentie. Magnitudinē aūt periculi cōiicio ab respirationis detrimento. Cū ess multū impeditā videris respirationem: vt vix suū obtineat locū: nō exiguam coniicito esse egritudinem ex cerebri affectione. Est sane apoplexia (vt diximus) fere sensus ablatio: ⁊ totius corporis concussio: atq; immobilitas cuz principalium mēbrorum detrimento statim euenens. Primū (inquit archigenes) corpus oleo calido perungendū est: caput vero aspergendū rosaceo. cū aceto in aceto vero precoquendū serpyllū: vel spōdylum: et olfactui castoreū admouendū. Succus panacis de galbane. Deducendo autem os mellicratū instillandum est precipue penna oleo cyprino: vel irino: vel narcissino aspergendo immitte ipsum: ⁊ vomitus irritandus: ⁊ anus perpetuo perungēdus ruta ⁊ cumino cum nitro ⁊ melle spiritū prouocando. Quod si hec non prosint vtendum clysteribus ex coctione furfurum ⁊ cumeris agrestis radice ⁊ centaurio: nitroq; ⁊ melle. his peractis sanguis est detrahendus pronunciando periculum: et ex dextra sit manu.

ex archigene de apoplexia.

De apoplexia ex galeno.

cura apoplexie ex archigene.

Cōstantinus lib. j. viatici ca. xxiij.

Ex traditione peritorum ⁊ arabū. §. ij.

Si omnes ventriculi cerebri impleantur humiditate solius sanguinis siue phlegmatis: seu mixtorum cum alijs humoribus: ⁊ ex hac materia oppilētur ventriculi

cerebri totius corpis sensus atq; motus auferunt: ⁊ est quasi non intelligens: non videns nec audiens: ⁊ quasi exanimatus omnes enim sensus anime corrumpuntur nisi solum motus thoracis in anhelitu: qui si auferatur efficit infirmitas molestior ⁊ peior. hāc infirmitatem phi apoplexiam magnam vocant. Rasis penus apoplexia fit ex sanguine: ⁊ signa sunt rubedo maxillarum ⁊ faciei: ita vt sit quasi suffocatus: et exuberatio alguidegi ⁊ venarum. Et cura eius est phlebotomia ambarum cephalicarum simul in hora vna: ⁊ assiduatio ventosarum positarum super crus: ⁊ minoratio cibi: ⁊ dimissio vini ⁊ lactis: ⁊ assiduatio balnei. Et fit ex humoribus crudis phlegmaticis. Et signa sunt mollificatio corporis: albedo coloris: ⁊ multitudo mucillaginis ⁊ sputi. Et cura eius est hiera diacolloquin. ⁊ cochle: ⁊ hiera rufini: ⁊ enemata calida ⁊ acuta ⁊ olfatus plantarum calidarum ⁊ odoriferarum ⁊ musci ⁊ gallie: odorare rutam ⁊ castoreum ⁊ gargarismus cum sinapi ⁊ syrupo acetoso: ⁊ hierapigra ⁊ sternutatio cum pipere ⁊ castoreo ⁊ condisi: ⁊ similibus. Serapio. Scias q̄ apoplexia accidit quando leditur origo neruorum: ⁊ leduntur cum ea membra corporis omnia: quare destruitur motus eorum ⁊ ipsorum sensus cum nocumento operationum omnium membrorum principalium. Causa huius egritudinis est phlegma frigidum grossum implens ventriculos cerebri ⁊ prohibens spiritum animalem penetrare. Et scitur q̄ huiusmodi humor coartatur in ventriculis cerebri principalibus: in hac egritudine non sanatur sanatione integra: sed redit ad paralysim. Quod est q̄si esset in non principalibus ventriculis sicut est epilepsia: natura mundificaret eam velociter. Auicenna. Aliquando accidit vt homo apoplexiam incurrat ⁊ non fit differentia inter ipsum ⁊ mortuum: deinde reuiuiscit ⁊ sanatur. Et propter hoc volunt vt tardetur sepultura ambiguitatis. xxij. horis ad minus. Apoplexia vero resoluitur secundum plurimum ad paralysim. Si apoplexia accidit cum caliditate ⁊ siccitate complexionis tunc est res praua. Egritudo que est cōtraria cōplexioni non accidit nisi propter magnam causam. Et raro apoplexia accidit a caliditate. Apopleticus clamat in aduentu eius. Cum seni acciderit vertigo concomitans iterata: tunc illud nunciat apoplexiā. Repletio vero apostematis est ex speciebus apoplexie pue: que cū apoplexia fuerit febris: tunc illic erit apostema fm plurimū. Potus eorū sit aqua mellis pura cū spēbus Haliabbas hoc aūt accidēs curatōi difficile est: imo incurabile si fortis fit passio nec facile sanat si debilis: i paralysim ⁊ faciei trāsit prorsionē. Quemadmodum Hippocrates in aphorismorum libro loquitur

Rasis filio diuisionum. cap. xij.

Serapio prio breuiari ca. xxiiij.

Auicēna primi tertij canonis.

Haliabbas

dicens Apoplexia si fortis sit curari nequit: ⁊ si debilis facile non est.

¶ Ex traditione auctorum recentium. §.iij.

Apoplexia tres habet gradus: in quadam est repletio omnium ventriculorum ⁊ panniculorum ⁊ totaliter ⁊ hec est maior. In quadam vero est repletio oim sed non totaliter omnia sunt repleta: sed ꝓm maiorez eorum partem: ⁊ hec est media. In tertia vero omnes panniculi humiditatez habent extraneam: sed non sunt repleti nisi ad medium vel citra: ⁊ hec est minor. Prima vero est mortalis: qr virtus regitiua cerebri extinguitur: nec aliquid recipit de vitali spiritu a corde: qr vie sunt penitus clause: ⁊ eorũ anhelitus vix percipitur: vocem habent penitus strangulatorum: nec spuma potest exire: nec possunt suspirare. In media vero anhelitus est inordinatus magis exiens per os quam per nares: ⁊ bene spumãt. Hec autem non euacuatur a timore magno: qr si sanatur difficillime sanatur. Non enim aliter potest curari nisi per mutationem in alium morbum. In minori vero suspiria sunt ordinata: ⁊ cum facilitate suspirant: ⁊ hec facilius curatur. Qui plurimum vtuntur phlebotomia: et medicinis calidis resoluentibus in senectute incurrunt apoplexiam: qr talia faciunt humores leuiter moueri: qui moti in senectute ⁊ non expulsi cerebrum comprimunt ⁊ ledunt. habentes vero complexionem ⁊ etatem humidam: ⁊ eorum regimen ⁊ corpus humidum citius incurrunt apoplexiam: ⁊ maxime si sit communis frigiditas. Apoplexia que venit in decremẽto lune minus molesta esse consueuit. Si apopleticus desiderat sibi multos cibos ⁊ potus afferri diuersos ⁊ statim visos abominatur: mortem significat: si non spes curationis beneficio medicine postulabitur. Si ex sanguine statim minuatur de vena cephalica si fortis sit: quod etiam summum remedium est in omni apoplexia de quocunq humore corpore existente plectorico. Et si de alio humore quam sanguine: purgandi sunt fortibus medicinis calefacientibus ⁊ dissoluentibus ⁊ attrahentibus humores a cerebro: vt hiera fortissima galeni: theodoricum: stomaticum laxatiuum cum coloquintida. Dentur pilule si sit ex phlegmate ℞. aloes euforbij. añ. formenk cũ succo porri. Preceperũt eñ ãtiqui i maioribus morbis fortioribꝰ vti medicinis. Corpe ḡ mundificato si fieri põt: vel si nõ stati denk tyriace i accessiõe ad potãdũ. ʒ. ij. vel potio sancti Pauli cũ vino decoctionis castorei. Vomitus aũt ꝑ uocek cũ euforbio castoreo piretro digitis vl penna in ore missis.

Blanca data multum valet corpore existente forti. similiter pilule feride. Si ergo phlebotomiam nec catarticuz suscipere potest propter defectum etatis vel virtutis timorem inducentis: poterit ad localia transcurrere. Capite ergo abraso fiat emplastrum de sinapi distemperato cuz fortissimo aceto admixto castoreo vel euforbio. Fiat etiam emplastrum aperitiuum ex fenugreco furfure triticeo in modico vino coctis. Inunctio fiat cum vnguentis calidis aperitiuis dissolutiuis acutis cum euforbio castoreo piretro vel de succo apij cuz puluere euforbij: vel succo rute: nasturcij: salvie: cuz predictis. Sternutationes fiant cum piretro castoreo: elleboro ⁊ similibus. Succus centauree ⁊ vtrice occipitio cum sale apponantur. Gargarismata fiant cum piretro euforbio ⁊ similibus. Clystere fiat attractiuum mordificatiuuz ⁊ laxatiuum de foliis malue. blete: radice cucumeris agrestis: oleo ⁊ melle: ⁊ vt antiqui volunt de elleboro: mercuriali: aceto: ⁊ aqua bullitis apposito furfure ⁊ sale armoniaco: oleo ⁊ melle. Ungatur anus cum felle tauri. Suppositoriuz fiat de. ʒ. ij. nitri. ⁊. ʒ. j. ℈. castoree scamonee ʒ. ℈. in omnibus autẽ his semper fiat processus a debilioribus ad fortiora. Cornu caprinum combustum: vel assa fetida naribus applicentur. Et omnia ista de minori aut media apoplexia intelligimus. Maiorem enim secundum hippocratem soluere impossibile est. Notatu dignum est ꝙ in apoplexia ⁊ paralysi ⁊ spasmo de repletione summa cura est prouocario febris: dieta autem sit ⁊ calida ⁊ sicca. vinum excellentissimum in declinatione.

¶ De paralysi. Cap. ix.

¶ Ex traditione grecorum ⁊ latinorum. §. j.

Paralysis neruorꝫ est dissolutio tremorez inducẽs ⁊ manus precipue reddens inutiles: tanto proteruior morbus quanto ⁊ latere minus potest: ⁊ mẽbri magis necessarij vsuz excludit. Videẽs eñ natura creasse se hoiem nudum: imbecillem: ac inopẽ: manus excogitauit. vt hoc vno instrumento munimentorum: que pecudibus dederat defectum suppleret eiqꝫ sartiret. Paralysis grece: dissolutio neruorum latine dr: ⁊ grece hemiplexia: hoc est semiapoplexia: cum alteram tantum corporis partem id malũ inuasit: dũ eñ totum corpus: apoplexia dr. nunc vtrũqꝫ teste Celso paralysis appellak ⁊ acuitur antepenultima. inde paralyticus dicik. hi ⁊ greco vocabulo cliuici dicuntur. vnde in euangelio legimus. petroneliam cliuicam factam. hoc est paralyticaz. ⁊ in lecto decumbentez. Diuus Hieronymus in epitaphio fabiole videtur

differentiam facere inter paralyticum ⁊ clinicũ: duꝫ inquit quem nudũ ⁊ paralyticum ⁊ clinicum non fabiole vestimenta texerunt. Verum apud hieronymum Cypria. Itēq; plinius non legit clinicus sed clunicus: vt sint qui morbosi sunt in clunibus atq; languēte. Clunes autem partes posteriores significant. Clunicus aũt medicus dr qui medicamentis curat languentes: a lectis egrotãtium quos frequentat: dictus inde ⁊ clinice medicine gen⁹. Cunctorũ quidē neruoꝝ sensu pariterq; motu deleto apoplexia nominatur: in alterutra parte dextra sinistrave si contingat paralysis a grecis: syderatio a latinis nominatur partis eius cui obuenit. hic autez inuadit morbus humoribus multis ⁊ tenacibus ⁊ crassis neruos operientibus: quibus contra propositum nostrum motus efficiuntur. Non dubiuz ergo quin educendus exhauriendusq; sit humor: neq; in his cõmodius possis inuenire principiuz q̄ a sanguinis e vena detractione. Quod si aduersetur etas vel habitus tempus ⁊ institutio: ⁊ iaz preteritus victus reliquaq; que sanguinis e vena prohibent detractionez: moderatam conuenit esse ablationem: ne refrigeretur. Nam frigiditas cum ariditate morbum efficit: quare solum materia per sanguinis detractionem cõminuenda precipue senioribus. Fiat autem ablatio a partibus sanioribus. Potus paralyticis de quo ita Archigenes in epistola ad Marsum ait. Est autem prestans remedium a me magnopere approbatum ad huiusmodi affectiões hoc. Castorij: rute agrestis, seminis: pyretri: acoriana obolus: piperis grana. x. cum hydromelle cyathorum. ij dato dimidium primo. Cum fuerit cõfirmatior totum. Aduerte cyathum habere cerates. iij. cum aceta buli mensuram significat. Interim tegenda sunt membra pelliceo tegmie aspergendo oleo cucumerino vel glaucino etate grandioribus et castoreum inspergendum. Expedit aũt instaurare asperionem. sitq; cibi q̄ fieri possit paucitas minima: sint sorbitiones halice: pultis ⁊ ptisane succi. a sanguinis detractione cũ abierint dies aliquot. Aluus primuz subducat clysteribus: inde ex aloe ⁊ polypodio ⁊ colocynthide aspergendo purgandũ. Conuenit autem etiam hiera archigenis p̄ viribus sumpta post purgationez. Perunctiones sunt potentissime. Aluus sit perpetuo soluta.

De paralysi exarchigene

Ex epla archigenis ad marsum singulare remediũ.

¶ Ex traditione penorum ⁊ arabum. §.ij.

Serapio primo breuiarij capi. xxv.

Natura diuisit cerebrum in duas partes. scz anterius ⁊ posterius: tamen sicut lineã rectaz. Cum ergo accidit aliquid ex accidentibus: ⁊ nocet lateri vni: efficit latus reliquum per operationem suam naturalẽ absq; nocumẽto. Et propter illud creati sunt duo oculi:

⁊ due nares: ⁊ duo vasa cerebri: ⁊ duo testiculi ⁊ que illis sunt similia. Cuz ergo vincit humor viscosus super duo vasa cerebri: tũc non accidit cum illo nisi apoplexia sicut diximus in illis que premissa sunt. Si autem resoluatur hoc: ⁊ declinet humor ad latus debilius: sequitur illud egritudo paralysis. Propter illud ergo mollificantur nerui omnes. neruos vero qui in altero existunt latere non consequitur nocumentum. oportet ergo in principio huius egritudinis ne administrentur ex medicinis que euacuãt violenter: quoniam humor non est digestus: ⁊ est adhuc in principio.

¶ Rasis. Paralysis est duarum specierum quarum vna fit ex dominio phlegmatis super caput: et signa eius sũt signa apoplexie phlegmatice. Et cura eius est sicut cura illius. Et species eius secunda fit successione percussionis aut casus: ⁊ signa eius sunt q̄ mollificatur totum corpus: aut aliqua membra eius post illud. Cum ergo remanet mollificatio secundum suam dispositionem ⁊ non minuitur: tunc non est ei cura omnino: ⁊ quando minuitur ⁊ non remanet secundum dispositionem suam: tunc curatio eius est vt emplastretur super locum vbi fuit percussio cum emplastris calidis: ⁊ inungatur comprimendo cum oleis calidis: sicut oleuz de oliuis: in cuius. ℥ j. sint dissolute castorei. ʒ. ij. ⁊ euforbij. ʒ. j. ⁊ sicut hoc emplastrum. ℞. cere. ʒ. v. ⁊ olei de lilio ⁊ de narciso. añ. ʒ. xxx. myrrhe ⁊ oppoponacis. añ. ʒ. v. castorei. ʒ. iij. euforbij. ⁊ pondus. ʒ. ij. aggregentur omnia ⁊ fiat emplastrum ex eis in latere altero. ¶ Auicenna. Paralysis absolute significat illud quod significat mollificatio in quocunq; membro sit. Proprie autem significat id quod est commune vnius duarum partium corporis in latitudine. Et si communicaret vtriusq; lateribus simul ⁊ cuz hoc mẽbris capitis esset apoplexia. Et aliquando est paralysis que est crisis in egritudinibus acutis scilicet in apostemate cerebri cum febre continua qua permutatur materia ad neruos. Et quod cunq; membrorum mollificatorum ⁊ paralyticorum secunduz colorem reliqui corporis existens non minoratur: neq; extenuatur: est de quo maior est habenda fiducia q̄ illud quod diuersum est ab hoc. Paralysis p̄o veniens a remotione spondilium mortifera est fm plurimum: sed que fit ab ictu non conterente neruos vehementer qñq; sanatur: si aũt superfluat non est spes vt sanetur. Ad paralysiz p̄o fit permutatio ex apoplexia: epilepsia: colica: prefocatione matricis ⁊ febribus longis fm semitam crisis. Et dr q̄ cũ vrina infantis est viridis: nunciat paralysim aut spasmum. Oportet aũt vt sit intentio tua in egritudinibus neruorum qñq; scilicet stupore: spasmo: tremore: paralysi: ⁊ saltu: intentio posterioris p/

Rasis in lib. diuisionũ capi. xiij.

Auicẽna fen secunda tertij canonis.

tis cerebri. Studeas vt facias compati famem: ⁊ longam sit in tolerare. Et aqua melior est eis q̃ vinum. Vinum enim materias in neruos penetrare facit: ⁊ plurimum quidem ipsius q̃ꝫ acrescit in corporibus eorum: ⁊ fit acerũ. Acetum aũt est ex rebus que neruis sunt nocibiliores. Et oportet vt ponantur medicine super principium neruorum mouentium membrũ: nam positio earuꝫ super membrũ paralyticũ nõ affert iuuamentuꝫ de quo sit curandũ. Et oportet vt clysterizenẽ clysteribus fortibus: ⁊ collyria fortia supponantur: ⁊ eorꝫ materie ad inferiora inclinentur. Quandoq̃ꝫ plures eorꝫ iuuantur cum his que infrigidant ⁊ confortant ⁊ prohibent materias fluere: ⁊ cum medicantur calidis augmentatur egritudo. Et quando aggregantur paralysis ⁊ febris in aliquo: tunc oximel cum zuccaro rosato est cõueniens medicamen in illa hora. Et non properes in vsu medicinarum fortium in principio rei: immo tarda vsq̃ꝫ ad quartum ⁊ septimum.

¶ Et traditione auctorum recentium. §.iij.

Paralysis est oppilatio neruorum sensibilium vel motiuorum ⁊ eoruꝫ relaxatio: membra a sensu vel motu priuans voluntario vel vtroq̃ꝫ. Oppilantur enim nerui sensibiles ⁊ motiui ex humore phlegmatico vel sanguineo vel melancholico supra ipsos fluente ⁊ relaxante. Ad quod notandum q̃ quemadmoduꝫ nucha oritur a pãniculis cerebri scilicꝫ pia matre et dura: ita nerui a nucha. Ex filis ergo pie matris ⁊ dure fit nucha. etiam filis vlterius procedentibus generanẽ nerui ⁊ vene: ⁊ vlterius progredientibus conteritur corium. In omnibus ergo his sunt longitudinales ⁊ latitudines ⁊ texentes id est transuersantes. Sensibiles autem vt volunt quidam fili oriũtur a prima parte capitis: motiui a posteriori. Sed quia in nucha coadunantur in neruis cum oriantur a nucha: mixti sunt ⁊ coadunati. vnde nerui sensibiles omnes sunt motiui. Verumtamen neruorum dicunt esse diuersitatem quoniam pars interior oritur siue conteritur ex filis interioris panniculi. exterior exterioris. Unde fm interiorem recipit sensum. fm exteriorem motum. Et fm oppilationem factum interius vel exterius (vt dicunt) aufertur sensus vel motus: vel fm diuersitatem humoris fluentis: ⁊ diuersitatem filorum recipientium: est diuersitas egritudinum. Quando autem humiditas indefinita fluit super neruos oppillat ipsos vnde impeditur transitus spiritus ⁊ claritas. Fuerunt autẽꝫ qui direxerunt nullum neruum concauũ nisi opticum sensum ⁊ motum subito fieri. Transitum autẽ spirituum cum sint corporei nõ posse

esse subitũ: quare spiritus non deferre sensum ⁊ motũ. Dixerũt ergo hoc per irradiationẽ anime per claritatẽ neruorꝫ. Si ergo vmbriosa materia oppilet neruos: prohibetur transitus virtutis illuminantis membra: quare cadit sensus et motus. Et hoc idem patet si membrum aliquod oppiletur inter epar et membrũ nutriendum: prohibetur virtus immutatiua peruenire ad ipsum: quare non nutrietur. grossum enim impedit transitũ subtilis. Aliꝫ autem fm hoc videtur superflua esse generatio spirituũ cum sine spiritibus virtutes compleantur: sed dicimus huiusmodi irradiationẽ nihil aliud esse q̃ spiritus irradiatos. Eoruꝫ ergo generatio etiã est cõtinua: et motus imperceptibiliter velocꝫ vt patet in visu. Sed cum nutrimentũ membri nõ impediat transitũ spiritus quare nec humor oppilans videtur impedire. Membrũ enim ex quo generatur etiam nutritur: etiam ex quo nutritur oppilatur. Sed ad hoc dicendum q̃ nutrimentuꝫ membri simile est in essentia membro et qualitati: quare non impedit: humor autẽ non digestus etiã si materialiter possit esse nutrimentũ cum non sit essentie cõplete substãtialiter nec formaliter a nutrimẽto est alienus: quare nec operationem nature suscepit: nec digestionẽ. vnde vmbrositate et grossitudine transitum inhibet. Paralysis alia mortificationis: et alia remollitionis. Paralysis mortificationis habet fieri ex melãcholia vel oppressione neruorum sensibiliũ idest cum amittitur sensus vel minoratur. Principaliter paralysis remollitionis ex phlegmate vel sanguine vel oppilatione neruorũ motiuorũ idest cum motus principaliter diminuitur. De sola enim cholera nequit esse paralysis. Item paralysis alia vniuersalis: alia particularis. Vniuersalis est que mediã corporis partem vniuersaliter occupat. A lesione enim partis denominatur paralysis. Particularis paralysis est que fit in aliqua parte corporis. vt facie: lingua: manu: vesica: stomacho: pede. Paralysis autem septissime fit ex phlegmate: raro ex melancholia. rarissime ex sanguine. Accipiãt cognitiones ex quo humore fuerit paralysis ex etate: tempore: regione: et habitudine precipue. Regimen totum in paralysi et proprie nutriẽs generaliter sit calidum et siccum in primo vsq̃ꝫ ad secundũ inclusiue ad libitum et fm necessitatẽ: et ipsum non transcendat secundum gradum. Singulo die ventris beneficium habeat: aut naturaliter aut artificialiter. Clystere lenitiuũ. ℞. brodij pulli optime pinguis complete decoctionis. ℥.xij. vitellos ouorum. ij. numero. olei liliorum alborũ. ℥.iiij. pulueris zuccari. ℥.j. salis cõmunis. ℥. iij. misce. ⁊ fiat clystere. et potest addi casiefistule. ℥.j. hiere pigre. ℥. ß. vtatur isto clysteri semel in hebdomada vel amplius. Et si esset

Diuisio paralysis.

Diuisio alia.

Dieta in paralysi.

Clystere in principio paralysis.

tempus calidũ loco olei liliorum ponat tantũdem olei oliuarum.
Aliud efficacius. ℞. foliorũ blitis. ℳ. j. ℉. mercurialis. ℳ. j. stica.
Aliũ efficaci? enema. salute. ana. ℳ. ℉. vitellum oui. j. casiefistule. ℥. j. hierepigre: zuccari
ℳ. ib. añ. ℥ ℉. olei liliorum albor̃ũ. ℥. iij. salis cõmunis. ʒ. ij. herbe iste
bulliant in aqua fluuiali quod sufficit pro debita quãtitate: deinde optime exprimatur ⁊ coletur vltimo. ℥. xij. colature reliqua addantur ⁊ fiat clystere.
Solutiuũ materierũ cõmuniũ virtuti familiare. ℞. casiefistule. ℥ ℉. aque salute: quod sufficit ad ipsam casiã
Solutiuum. munditicandã ab arillis suis: et ad eandẽ dissoluendã proportione misce: et fiat potio: stet ieiunus horis quattuor: et pro ferculo
comedat blitis cum boragine et feniculo: et carnes hedi pulli vel
vituli aut similes. Aliud efficacius solutiuum. ℞. mãne electe. ℥. j.
Digestiuum. aque salute quod sufficit et fiat potio vt prius. Digestiuũ facile et
vsuale. ℞. aque mellis facte �means canones ad hoc quod sufficit pro
decoctione infrascriptorũ trium. salute partes. ij. maiorane partẽ
℉. rosismarini partem vnam. incidantur minutim et simul bulliant
vsq̃ ad consumptionẽ tertie partis: et vltimo colentur ⁊ accipiat
calidũ in aurora pluribus diebus continuis: et post stet ieiunus
Diuersiuum. horis quattuor. Diuersiuũ. Extrema fricentur cum pãno suauiter
calido per horam ante cibum. Si iterum vult medicamen efficatius tunc. ℞. syrupi de sticados. ℥. j. oximellis simplicis. ℥. ℉. aque
salute. ℥. j. ℉. aquarũ ysopi: absinthij. añ. ℥. j. misce. post ꝯo debitaz
assumptionem alterius digestiuorũ suprascriptorũ sumat dosim
er pilulis sequentibus. ℞. pilu. elephanginarũ: agarici. añ. ʒ. j. sa
Caput purgium lis gemme: zinziberis. ana. gra. j. misce et cum syrupo de sticados
formentur pilule. vij. Caput purgiuz per nares attrahendum. ℞.
aque maiorane. ℥. ij. pulueris nucis muscate. ʒ. j. mellis. ʒ. ij. mi
Digestiuum. sce. Digestiuum familiare. ℞. aque salute. ℥. j. aque maiorane: her
be ysopi: absinthij. ana. ℥. j. pulueris nigelle. ʒ. ℉. zuccari albi. ʒ. ij.
Soluti. aut mellis. ʒ. iij. misce. Solutiuum vsuale et facile. ℞. pilularum
Cerebri suprascriptarũ quantitatem ad libitum. Cerebri confortatiuum
confortatiuum. suffumiget camera ex thure. Hunc ꝯo fumũ a lõge recipiat et non
radios directos: aut suffumigetur cum aubus cipri artificialibus: vel ligno aloes ad libitum. Cerebri confortatiuum vt supra.
Aliud. ℞. cubebarum. ʒ. j. ℉. cardamomi. ʒ. j. nigelle torrefacte. ʒ. iij. mi
sce. deinde ligentur in sindone graneo subtili ⁊ raro. Istam mirtu
Aliud. ram odoret crebro et proprie stomacho ieiuno. Cerebri confortatiuum et cordis. ℞. tyriace debite fermentate. ʒ. j. ℉. aque salute
℥ ij. misce. Istaz tyriacam assumat stomacho ieiuno in aurora per
decẽ horas post cenam. ⁊ post ipsius assumptionẽ stet ieiunus ho

ras. vij. ⁊ interim dormiat: sed non amplius duabus horis. Aliud
℞. acori nutriti ꝑm canones. ʒ. ℉. Aliud. ℞. diacori. ʒ. iij. Solutiuũ
aliud facile. ℞. pilu. assaieret agarici. añ. ʒ. j. salis gẽme. zinzibe. Solutiuum.
añ. gra. j. misce. ⁊ cum syrupo de sticados fiant pilule. vij. Istaruz
pilularũ assumat ab vna ad duas diebus cõtinuis aut interpolatis in sero dum vadit dormitũ: et aliquãdo ante cenã. Cerebri vi
sus stomachi ⁊ epatis ꝯfortatiuũ. ℞. myrobalanũ liebulũ condi
tum numero. j. hunc assumat in aurora diebus ad libitum. Aliud
efficacius cerebri confortatiuũ. ℞. florum salulevirdis quod suf Cerebri cõfortatiuum.
ficit pro conserua delectabili: mellis electi lib. ij. specierũ diamusci dulcis. ʒ. j. misce. deinde fiat conserua ꝑm canones. Cerebri nu
che ⁊ neruorum confortatiuũ. ℞. oleorum liliorũ albor̃ũ. ℥. ij. spice Nuche cõfortatiuum.
camomille. añ. ℥. j. specierũ dy amusci dulcis. ʒ. ij. misce. Ex hac vn
ctione vngantur nucha spõdilia colli ⁊ oia spondilia spine ⁊ etiaz
mẽbra lesa. Solutiuũ eradicatiuũ. ℞. specierũ hierepigre galeni
pilularũ fetidaruz agarici. añ. ʒ. j. salis gẽme. gra. j. zinzibe. gra. ℉. Eradicatiuum
misce: ⁊ cum electuario indo quod sufficit ad incorporandũ formẽ
tur pilule. vij. pro. ʒ. istarũ sumat. ʒ. ij. in aurora. Et in termino q̃n
q̃ horarum post ipsarũ pilularũ assumptionẽ assumat pro lauati
uo vnum cyathũ aque ordei excoriticati calidũ sine zuccaro: dein
de post vnam horam prandeat istas pilulas assumat post comple
tam assumptionẽ digestiui supradicti. Confectio olei de serpenti
bus ex quo fit vnguentũ precipuũ in paralysi: et fit ex serpentibus
rufis amputatis capitibus et caudis spacio quattuor digitorum Oleũ de serpẽtib⁹
interioribus proiectis reliquis in olla positis supra quam sit olla
posita perforata in fundo bene sigilletur in medio: ne aqua intret
os olle superioris bene claudatur in caldario in aqua bulliente
ponatur. Distillando distillabit pinguedo cui addatur radix cap
paris succus centauree: castorei et similia: et fiat vnguentũ precipuum in paralysi remollitionis. Centaurea in vino et oleo cocta
valet. Similiter sinapis et eius semen. Post debitã purgationem
singulis xv. diebus offeratur tyriaca predicto modo: et singulis
mensibus stupha de calamento: origano: saluia: consolida maiore: nasturcio: premula veris: lauẽdula. Exeunti a stupha detur ali
qua conserua vt acori supradicti.

De spasmo: tetano: stupore: tremore: et saltu. Capu. x.

Ex traditione grecorum et latinorum.

Greci spasmū dicunt:nos neruorū rigorez: illi tetanū: nos neruorū distentionem. Tetanus ceruicis est morbus qui rectam et immobilē ceruicem rigore neruorum intendit:et qui hunc morbū patiuntur: tetanici ⁊ latine obstipi vocantur:ex quo genere opischotonos et emprosthotonos sunt. Opischotonici sunt qui rigore ceruicis inflexibili laborant:et caput scapulis intenditur. Opichen enī retro significat:et tonos intentio vel rigor. Plinius lib.xxvj.capite xiij. In spasticis tremulis opischotonicis alemoe radix bibitur ex aqua mulsa. Sunt autem pastici(vt transeunter exponā) quibus aliquid intus conuulsum est. Emprosthotonos ꝓ est vbi mentū pectori ex neruoꝝ rigore annexum est. Emprosthen enī ante significat. Spasmus mēbri est patientis abbreuiatio:et in longo imminutio a naturali quātitate.hocꝫ aut in toto fit corpore ⁊ vocatur tetanus:atꝫ hoc vt membrū ab vtroꝫ equaliter extendatur late re:fitꝫ rectum et in nullam declinat omino partē: ⁊ spasmus qui non extenditur ex membri in vtrunꝫ latus distentione. Cum statim a principio aut nō multo post principiū egritudinis gignūtur spasmi et expectant:ortūꝫ expletionis habuerint cum sudoribus multis precedentibus vel vomitibus:vel ventris eductionibus:vel sanguinis magna constiterit eruptio:et cum alicui humectantium confestim contigerit cunctas diuelli partes repletione fieri necesse est. Si autē ex febribus exurens aduenit spasmus in vehementi totius corporis ariditate precipue neruosis aduenit partibus:estꝫ huiusmodi maximorū causa malorū et prope remedium non admittens. Cum igitur ante corporis partes intendit emprosthotonus vocitatur:cum vero pone opischotonus at cuz eque:vt in partem equalē eque intendatur: tetanus nominatur. In vehementi itaꝫ ariditate spasmos:nemo vnqꝫ medicatus est. At ex multitudine vel inflāmatu factas multi sunt medicati: affluentiam exhauriendo:inflāmatum suis et idoneis curando adminiculis. Fit autem spasmus:ac residet in vomitibus vehementer diuulsorum.succurrit his centauriij tenuis succus:seseli cū ori melle vel oxycrato:castoreum vero non solum potum sed etiam extrinsecus perunctum conuenit. Hec autem proferimus eis qui obliuione sepulti sunt. Capiuntur(ait archigenes)etiam morbo aliter qꝫ dictum sit:⁊ absautiationibus:mulieres quoꝫ in aborsu. Qui autem in percussione tetani fiunt:non admodū sanescunt: neꝫ infantibus neꝫ senibus tetanicus aduenit morbus. Infantes nāqꝫ comitialis morbus potius infestat: quare non est negligendum:sed e vena sanguis detrahendus: presertim si in percussione tetanus fiat. Est autem auferendum quantū satis:nō equidem ad anime vsqꝫ defectū:nutriendusqꝫ eger pauca halica cum mellicrato:exiguum sit quod proberur. Unctiones autem ⁊ astrictiones admittantur. Unde etiā cataplasmata languentib⁹ sunt locis admouenda:que callādi ⁊ distrahendi vim habeant: necnō consilidandi:presertim musculis qui ad ceruicem et maxillas ⁊ spinam intenduntur admouenda. Omniū autem efficacissimū est castoreum leuigatum datum vno cochliario:post hec perunctiones ani vtiles ex ruta et oppoponace. Oppitulatur etiā immissio olei ex ruta cum terebinthina:dande est etiam ipsius archigenis hiere drachme.ij.cum castoreo eque cum ptisane succo et melle. Unde aliqua aliorꝫ danda:ipsum quoꝫ per sese castoreū exhibendū.

De tetano aut spasmo ex archigene.

Ex traditione penorum et arabum. §.liij.

Spasmus ⁊ tetanus sunt non volūtarij motus: quos mēbra voluntariū motū habentia patiūtur propter repletionē neruorū vel inanitionē eorū. Est autē triplex:vel enī spasmus est anterior: vel posterior: vel tantum tetanus: qz spasmus tetanus. S. tetanus a spasmo specificatur:sed tamen in mēbris non apparet spasmus:qz ante ⁊ retro equaliter nerui constringūtur: vnde hoc nomen proprie sortitur Haliabbas. Omniū autem harū origo diuersitatū:aut ex repletione est:aut ex euacuatione:aut frigida mala cōplexione:aut ex calido certe apostemate quod in neruis fit. Et attēde quoniā passiones he:scz paralysis ⁊ faciei contortio appoplexia spasmus ex repletione:peiores sunt et vehemētiores tūc cum iuuenibus ⁊ pueris estate fiunt. Que etenī has faciunt passiones cause cōplexionibus eorū minime conueniūt. Minus autem male sunt que senibus ⁊ hyeme fiunt propter passionum eorū cōplexionibus ⁊ tēporibus conuenientiā. hec Haliab. ix.theorice. Auicēna spasmus est egritudo neruosa qua mouent lacerti ad sua principia:et inobedientes sunt in dilatione. Materialis ꝓ spasmus multotiēs accidit ꝑm semitā permixtionis materie:sicut successione squinātie pleuresis ⁊ sirzen. Spasmus cum dominio siccitatis accidit:vt contrahatur longitudo et latitudo equaliter:colligitur igitur ad seipsum sicut est dispositio corij positi ante ignem. Spasmus qui non proportionatur ad materiam est causa rei impediētis a qua nerui fugiūt ⁊ congregant ad expellendū ipsam:⁊ causa ista est dolor. Et omnis quidez spasmus sequens vulnus est mortalis. Et cui accidit quartana raro acci-

Ysaac primoviatici capit. xxiiij.

Haliabbas.ix. theorice.

Auicēna secunda tertij canonis.

dit ei spasmus. nã securus est ab eo. Et cũ corpus in spasmo declinat ad anteriora: tunc spasmus est in lacertis anteriorib⁹ et cũ ad posteriora: tunc est in posteriorib⁹. Tetanus autẽ est egritudo officialis prohibens virtutẽ motiuã a cõtractione membrorũ: de aptitudine quorũ est vt contrahãtur propter nocumentũ in lacertis ⁊ neruis. Tetanus autẽ fm virtutẽ est contrarius spasmo: ⁊ ingreditur in genus spasmi introitu contrariorũ in genere vno: ⁊ eius cõparatio ad causam vnã est euenienes casu contrariorũ. Cum duo spasmi in duabus partibus cõtrariis aggregantur: fit tetan⁹ sicut est añ ⁊ retro. Tremor est morbus officialis ppter defectum virtutis motiue a motu lacertorũ fm continuitatẽ ipsius grauitati. Et cõmouentur motus volũtarij cum motibus nõ volũtarijs: idest a grauitate mẽbri factis. Tremor autẽ est nocumẽtum in virtute motiua: sicut stupor est lesio in sensibili. Et tremor quidẽ in senibus medicamine non remouek. Stupor autẽ morb⁹ est officialis facies euenire in sensu tactuali nocumentũ. Cũ per se uerat stupor et prolongatur: perducit ad mollificationẽ: aut epilepsiam vel spasmũ vel alcuzen vel paralysim cõmunem. Ex curis conferentibus stupori est exercitiũ illius mẽbri et assiduatio motus eius. Saltus idest lectigatio: est motus lacertosus: et quandoq; mouetur cum eis cutis adherens. Et accidit saltus ex accidentibus animalibus plurimũ: vt gaudio: ira: tristicia. ¶ Serapio. Saltus fit ex ventositate grossa vaporosa: que ingreditur in membrũ ⁊ facit ipsum accidere. Sed significat quod est ex humore grosso illud quod testificak. Quod est qꝛ saltus fit ex ventositatibus vehementis frigoris in corporibus frigidis phlegmaticis ⁊ in tẽporibus frigidis: ⁊ in regionibus que similank istis. Quapropter non est inter curationẽ huius egritudinis: et tremoris differentia. ¶ Rasis. Cura stuporis est phlebotomia ⁊ minoratio cibi: et cõpleta cura est sicut cura paralysis q̃ est ex frigore. Tremor autem fit propter casum virtutis post egritudinẽ. Et cura eiꝰ est additio in cibo et somno ⁊ in rebus odoriferis. Et fit ex assiduatione vini. Et cura eius est abolere vinum: et assiduatio sudoris in balneo. Et fit ex dominio phlegmatis: et debilitate neruorũ. Et cura est cura paralysis que est ex frigore. Cura etiam torture est sicut cura paralysis cum gargarismo et masticatiõe thuris ⁊ administratione nucis muscate ⁊ retentione eius in ore suo: ⁊ vaporetur cum aceto in quo bullitũ est calamentũ: ⁊ vngatur cõpimẽdo cum oleo narciscino aut de lilio tepidis: et tendatur cutis frontis ad inferiora: et ligetur.

Serapio breuiarij capi. xxxij.

Rasis in lib. diuisionũ capi. xv.

cura torture fm rasim.

¶ Ex traditione auctorum recentium.

Spasmus est cõtractio neruorũ motũ voluntariũ impediẽs. Cũ eñ ppter plenitudinẽ vel eoꝝ inanitionẽ cõtrahantur ppter lesionẽ ingressam sup ipsos: retrahuntur ad suũ principiũ. Añ fm antiquos Spasm⁹ est contractio vel extẽtio neruorũ ⁊ lacertorũ in collo p̃cipue ⁊ ceruice existentiũ. Et notatu dignũ est q̃ nerui a pãniculis cerebri oriunk. A neruis lacerti. A lacertis fila: q̃ faciunt chordã. Fit aũt ppie in lacertis mediãtibus q̃bus deferk mot⁹. Añ dico contra aliq̃s q̃ septẽ lacerti ventẽtes in pfunditatẽ sensus gustus p ficiũt. Lacerti eñ solũ in lingua seruiũt ad faciẽdũ motũ vt sit habilis fm volũtatẽ mouẽtis ad formationẽ sermonis. Spasm⁹ aũt alius est de inanitiõe. Alij⁹ de repletione. Spasm⁹ de inanitiõe nõ curak: qꝛ nerui aridi humectari nõ possunt nisi mediãte hũore. Digestio eñ nõ est nisi a calido ⁊ humido. humidũ deficit ⁊ exhalãte humido simul exhalat qõ fm naturã est calor. Deficiẽte ergo calido ⁊ hũido deficit digestio: q̃ ⁊ nutrimẽtũ. Deficiẽte nutrimẽto cadit virt⁹: q̃re ⁊ vita cũ fundek in calido ⁊ hũido. Si ex repletione fuerit spasm⁹: ⁊ sãguis fuerit in cã phlebotomek ꝗ vena media na: vel apponank vẽtose cũ scarificatiõe circa collũ ⁊ occiput: ⁊ postea inungak collũ ceruix ⁊ spina cũ oleo rutaceo: ⁊ dek eis mel cũ castoreo. Aliq̃ tũ nõ ponũt vẽtosas: vtere tũ eis fm q̃ videbik dispositio egri. Jejunare dꝫ p triduũ ois spasmosus de repletione. Si vero ex alijs humorib⁹ sit vt phlegmate ⁊ melãcolia: purgek humor in cã quãvrina demõstrabit cũ hierepigra ⁊ bñdicta: vl' dẽtur pilul. sequẽtes. ℞. castorei asse fetide: petro. serapini. añ. ⁊ fomẽtur pilu. vij. p. ʒ. cũ syrupo de sticaꝗ. davt videbik. etiã valet. ℞ piperis: opij. añ. da cũ vino ĩ pauca tũ dosi. Unguank cũ vnguẽtis calidis ⁊ siccis: vt martiaton ⁊ aragõ oleo rutaceo. Uesica plena oleo sup locũ dolentẽ ponak. Dek eis dy acastoreũ q̃ si nõ habeas distẽpera castoreũ cũ melle ⁊ exhibe: vel castoreũ cũ ruta. Sacellatio fiat cũ sale torrefacto. Sternutiões ⁊ gargarismata ⁊ inũctiones fiãt vt ĩ capite de paralysi docuim⁹. Et nutriak cibis subtilibus ⁊ tenuiter. Cura tetani est vt spasmi. Sꝫ in cura tremoris ⁊ lectigatiõis: qꝛ fiũt ex frigidis humorib⁹. Castoreũ cũ vino calido iuuat: p̃cipue si cũ nausea fiat addita lauẽdula vel saluia. Cõfortatiua gñalik dare ꝯuenit vt dy amarg. gariofik. dyãthos: dy aciminũ: dy asatiriõ: ⁊ vinũ aromaticũ cũ specieb⁹ ꝯfortatiuis cõditũ. Unguak cũ marciaticõ ⁊ aragõ cũ oleo laurino vl' iuniperino. Et maxime articuli cũ sale ꝯfricenk. Fomẽtek aqua marina: decoctione agnicasti betonice: sauine. fiãt balnea sulphurea ⁊ nitrosa. purgentur cũ blãca: aut benedicta cum hermodactilorũ puluere

cura spasmi de repletione.

Cura tremoris.

Et si sit ex sanguine phlebotomet: ⁊ fiāt alia q̄ virim⁹ in paralysi

¶ De catharro seu distillatione coriza ⁊ brācho. Cap.xj.

¶ Ex traditione grecorum ⁊ latinorum. §.i.

sanguinez expuimus omnino cũ tussi respuit. Si vero ex eis locis que circa fauces: vel gurgulionẽ ferat sanguis excreando excernit. Sin vero ex aliquo oris loco: vel oino ex gingiuis. Est ẽt qñ ex capite: vel partibus: que circa gurgulionem deserit sanguis ⁊ gutturi intercidit: tussimq; cit: videturq; ex thorace eijci. Si quis igit excreat ⁊ emũgit sanguinẽ plurib⁹ consequẽtibus dieb⁹. neq; vllus sit capitis dolor: vel grauitas vel pñs vel ꝑterita: neq; p cussione ibidẽ facta: ꝓsiderare cõuenit eius meatũ sanguinis totũ pensiculate locũq; illũ oris: vñ e palato in narẽ descẽdit. Que ꝓ medicamina ꝓposita veteres medici tradiderũt peculiaria hec fere. Potio sanguinẽ eijciẽtibus. Coralli lapidis: terre asteris: electri: masticheś añ. drachme. vj. amili: thuris: gũmi: añ. drachme. iiij. da cochliarium aridũ cũ oxycrato. Aliud multum ꝑbatuz te stimonio multo. libanihoc ẽ thuris: terre asteris añ. drachme. viij. croci drachma: amyli drachma: arnoglossi: succi aridi drachma: ⁊ scindendo ⁊ colando da cochliarium cũ oxycrato. Aliud androma chi. Coralli fricti drachma: libani oboli. iiij. acatie drachma: balaustioꝝ oboli. v. gũmi oboli. ij. ouorũ duoꝝ albumina: horum partẽ quartam dato cũ aqua cyathũ ⁊ dimidiũ. Aliud ꝑbatũ experientia. Coralli drachme. viij. libani drachme. vij. dato cochliariũ cũ vio myrteto mixto: facitq; ad fluxũ muliebrẽ. Pastillus dosithei admodũ ꝑbatus. Ruborũ ramuloꝝ vncie. ij. symphiti radicis: achãthes egyptie fructus: hypocystidis succi: lycij: opij: thuris: rhupõntici: terre asteris ana vncie. ij. rhu magirici vncie. iij. rosarũ aridarũ drachme. iiij. sume cũ succo arnoglossi myrtorũ vncias. v croci lemne sigillate: maceris corticis sume: vel vinũ scybeliote: facitoq; pastillos: datoq; cũ decoctione symphiti. vel polygoni. Cũ vero institerit sanguis illinito pectus: vel fluitantes p tes aceto omphacio dissoluto ⁊ tepefacto.

Potio singularis.
Aliud singulare.
Androma chi medicamẽ singulare.
Aliud experientia probatuz
Pastillus dosithei

¶ Ex traditione penorum ⁊ arabum. §. ij.

Serapio scdo breuiarij. ca. xxv.

Sanguis qui ascendit ad os alius est cui⁹ ascensio fit ex ptibus vẽtris ⁊ stomachi: ⁊ alius ex instrumentis anhelitus: ⁊ alius q̃ descendit a capite ⁊ palato. Et discernitur iter istas species p sensum doloꝝ ⁊ locũ eius ⁊ dispositionẽ ascẽsionis sanguinis ipsius. Qd̃ est qꝛ sanguis q̃ ascẽdit a stomacho ⁊ ptibus vẽtris nõ fit ascensio nisi cã vomitus cũ dolore ipsius loci. Et q̃ ascendit ex instrĩs anhelit⁹ nõ ascẽdit nisi cũ tussi ⁊ dolore instroꝝ anhelitus. Et ille q̃ descẽdit ex palato cũ rascatiõe. Et ille q̃ ascendit ex

membris anhelitus: aut ex pulmone: aut ex pectore: verumtñ ille qui ascendit ex pectore est niger congelatus: ⁊ ille qui ascendit ex pulmone si est ex vicere in carne pulmonis scz ex sanie calida que vicerauit carnem pulmonis: ⁊ non fit adhuc sanies ẽ sanguis spumosus decliuis ad albedinẽ: quapropter eius malicia est magna qñ sequitur eum sputuz sanies ⁊ phthysis. Et si eius ascensio est pp lesionẽ venarũ que sunt in pulmone ipso: est clarus subtilis calidus. Venarum aũt egritudines sunt eruptio: corrosio: ⁊ apertio Auicenna. In sputo sanguinis qd̃ est ex pectore: non est tñ timoris ꝗtum est in eo qd̃ est ex pulmone: illud enim qd̃ est ex pectore sanatur velociter: ⁊ si non sanat non habet malicia viceruz pulmonis. Sputum sanguinis multiplicat in illis qui rixant ab omni re. Et caseus antiquus est nociuus eis. recẽs vero confert. Et qñq; est eis conueniens vt in potu sumant acetũ mixtũ cum aqua Gũmi enim ꝓhibet sanguinis cursum: ⁊ mundificat partes pectoris ⁊ pulmonis ex sanguine si retinet in ipso: quare non congelat. Et ex rebus expertis in abscindendo iterationez sputi sanguinis est masticatio portulace ⁊ deglutio aque ipsius Ysaac. Medicando sanguinem screanti oportet quietẽ iniungi: neq; multum flatũ emittat. Qd̃ si sit virtuosus: ⁊ temperatũ sit tp̃s: etas conueniẽs: basilica erit incidenda: ⁊ bis vel ter erit minuendus sanguis quo ad totã supfluitatez exisse cõperiamus: ⁊ in latere illo nisi erit dolor de vena que inter auricularem ⁊ medicũ est minuat: ⁊ de eius dẽ lateris basilica. Extractio aũt sanguinis sit ꝗtuz sufficiat. Rasis. Et in curatione q̃dem eius qui egredit cũ rascatõe ⁊ sonitu si bi silli facili: ⁊ paruo si est parue ꝗtitatis sufficit gargarismus ex rebus stipticis: sicut q̃ fit ex aqua rosaꝝ in qua infusum ẽ sumach aut rob agreste: aut aqua citoniorꝝ ⁊ silibus. Si est plurime ꝗtitatis: tũc opz vt phlebotomet cephalea: deinde gargarizet cum istis rebus. Si aũt in loco oris fuerit vicus recẽs: imiscent sup ipsum thus ⁊ sanguis draconis: ⁊ teneat in ore aquã rosaceã: in qua bullierint cupule glãdiũ: aut semẽ tamarisci. Et si fuerit vicus malũ putridũ: curet curatõe cholere putride: ⁊ ꝓsideret sanguis qui egredit in vomitu ⁊ si fuerit plurim⁹: aut assiduet plurib⁹ diebus phlebotomet basilica: deide comedat res stipticas ⁊ glutinatões faciẽtes paulatim vna vice post aliã: ⁊ ꝑpte si eger inuenerit dolorẽ inter vtrasq; scapulas: tũc opz vt traijciat aquã citoniorꝝ acetosoꝝ in q̃ dissolutũ sit aliq̃d thuris vicib⁹ plurib⁹: ⁊ comedat ex glãdibus ⁊ passis cũ suis interioribꝰ: ⁊ agresta ⁊ sumach: ⁊ bibat de hoc medicamine. ℞. boli arment: gũmi arabici: balaustie: sang. draco. thuris añ. det in potu cũ aq̃ citoniorꝝ: aut cũ aq̃ malorum.

Auicẽna fen. r. tertij canõis

Ysaac tractatu de vlaticis. ca. vij.

Rasis in diuisionibus. c. liij.

Medicamẽ rasis.

Alio medicamen Rasis.

& deuitet oē calidū & acutū. Et fit q̃dem egressio sanguinis ex pectore & pulmone cū tussi: & ille q̃ est ex pulmone est multotiens cū tussi parua. Et ille qui est ex pectore est parum cuz tussi plurima. Sit ergo plurimū studij tui in hac tussi: est entz timorosa pducēs in pluribus dispositiōibus ad phthysim. Incipe ergo a phlebotomia: deinde da in potu hoc medicamen. ℞. rhuris: sangui. draco. añ. partē. j. endiuie karabe añ. partē. ß. ematitis: terre sigillate añ. partem. j. & ß. aluminis balaustie duas tertias partis. j. dentur ex eo in potu. ʒ. iij. cū pondere cherat vnius opij & cherate se. iusquiami cinamomi tertia. ʒ. j. aut spice: aut costi aut myrrhe: & gargarizet cū aceto: & aqua rosax in matutinis & vesperis: & si inueneris in pectore dolorem cum sputo sanguinis: tunc line locum doloris hoc medicamine cuius narratio precessit: & da ei ex ipso in potu postēz confeceris ipsum cum vino.

¶ Ex traditione recentium auctorum. §. iij.

Moptoys est electio sanguinis p os: & fit p sputū vel p screatum. per sputū: cū tussi educit: & a pectore p screatuz a capite & stomacho educit. Electio sputi sanguinei vel est a pectore: vel eius adiacentibus membris. A pectore vt ex vulneribꝰ pulmonis vel dyafragmatis: vel ex apertione venax pectoris vel mēbrox sui. Apertio tripliciter fit: vel ex multitudine: qz est plenitudo in vasis: qm̃ nequeunt continere vnde crepant: & findunt in exitu: & fluit sanguis multꝰ & subito. Unde ē plenitudo corporis & rubor & venax grossicies: & vocat rixis. Aut ex acuminē humoris corrodētis & soluētis cōtinuationem vt est cholere & phlegmatis salsi & similū: & paulatim fluit: & color portendit admixtionem materie que coniungit sanguini: & vocat dyabrosis. Aut est ex debilitate sanguinis poros venax aperiētis qnare resudat extra ad modū roris & paulatine. Et signum ipsius est rubedo & claritas i colore: & vocat antastramosis. Itē aptio venax est aut ex fortitudine expulsiue: aut defectōe retētiue vt oris venarum. Expulsio cōfortat in humoribus acutis & pungentibꝰ & salsis. Defectio contētiue est ex mollitie oris venax & rarefactiōe earū. Electio sanguinis p screatū: aut ex cerebro vt i catarro & vua: aut stōacho & epate: vel splene: vel kili vena: vt matrice: vel emorroide: vel redundat ad superiora: sed talis raro accidit nisi ex crisi: & tūc nō dz medicari nisi cū supfluit. Et qñ est ex venis cerebri: totū corpus est graue: & omnes sensus debiliores maxime in horis nocturnis & frigido tempore: & venit cum rascatione & rubore faciei. Et qñ exit a stomacho dolorem facit circa precordia & os

stomachi: & adest fastidiū & indigestio. Et quado est ab epate: est dolor dextre partis. Si a splene sinistre. Si a lienali vena dolor spine. A mēstruis inferius. Si est a pulmone cū tussi eductur et est spumosum. Igitur a pectore in alijs locis si non est spumosuz. Si est a dyafragmate: cum tussi laboriosa educitur: & est aliquantulum spumosum. Ruptura venarū aliqñ est interior aliqñ exterior. Exterior fit vel ex vulneribus: vel ex distentionibꝰ: vulneribus: ex percussionibus & casibus. Distentionibꝰ vel ex saltu: vel ex nimijs clamoribus: vel cōpressionibus. Quādo autē est ex causa interiore & erit sepe et multū peior est ceteris. Volenti ergo medicari ab electione sanguinis incipiat. Oportet vt caueat ab ira: coitu: vigiliis: ieiunio: acetosis: salsis: acutis: & precipue cimino: calefactiōe nimia: somno: & maxime pfundo: balneis & exercitijs corporis: et solicitudinibus & curis e quibus calefit spiritus & prorūpit ad exteriora. Fiat iste syrupus de quo sumat omni mane. ʒ. j. ß. cū aqua extinctionis ferri. ℞. virge pastoris: arnaglosse. añ. ℳ. j. consolide maioris. ℳ. ß. rosarum rub. seminis papaueris albi: liquiritie: passularū parum torrefactarū. añ ʒ. j. fisticorū. seminis portulace. añ. ʒ. viij. zuccari albi. ℥. viij. fiat syrupus. In sero quādo vadit dormitum sumat. ʒ. j. huius mixtionis ℞. aque rosarū: aque distillationis arnoglosse. añ. lib. ß. misceant: si videtur q̃ febriat febre lenta: et q̃ procedat in extenuatiōe: videt mihi q̃ vtatur hac mixtione. ℞. dyagragāti frigidi: dyapenidion: dyapapaueris: zuccari rosati. añ. ℥ ß. corallorū rub. margaritarū. añ. ʒ. iij. misceātur. Teneat in ore pilulas auēzoar factas ex dragagāto: gummi arabico: & seminis citoniorū: rosarū: & terra sigillata: cōficiatur cū syrupo liquiritie. Ponat supra cōmissurā capitis sacculus de pāno raro in quo iste puluis sit ℞. gariofilox: macis: corticū citri: calamēti. añ. ʒ. ij. Et si hoc non imprimit: fiat aliquod ruptiorum leue. Si sanies inciperet apparere: oportet alia remedia facere. si poteris eam defendere a malignitate vlceris pulmonis: tunc poterit melius sputo sanguinis subueniri. Syrupus ex descriptione isaac cōtra spuentē sanguinem. ℞. succi arnoglosse: succi cucurbite: cucumeris: citrulorum: aque rosarum. añ. lib. ij. succi myrtillorum ʒ. lib. j. succi pirorum: citoniorū. añ. lib. j. coque donec fiat quasi sapa: deinde quidam addunt zuccari quantū sufficit & syrupizant. Aliꝰ contra fluxum sanguinis. ℞. balaustiarū: rosaruz: virge pastoris: caude equine: endiuie: plantaginis. añ. ℳ. j. liquiritie raß. ℥. ß. seminū communiū frigidorū. seminis portulace: seminis papaueris albi. añ. ʒ. j. sandalorū rub. spodij. añ. ʒ. ij. passularū. ℥. j. epatis adib. ℥. ß. ex his omnibꝰ fiat decoctio: deinde accipe de predicta decoctio-

Cura emoptoice passionis.

Syrupꝰ.

Mixtio.

Alia mixtio.

Pilule auēzoar.

Syrupꝰ Isaac.

Alius syrupus.

Syrup⁹ alius.

ne lib.iiij.succi plãtaginis.ʒ.iiij.vel aque eius.ʒ.vj.fiat sirupus cũ zuccaro albo:ꝛ in fine decoctiõis addat puluis iste.℞.sanguinis draco.boli arme.gũmi arabici:dragagãti.añ.ʒ.ij.misceantur cuz eis. Syrupus alius contra sputũ sanguinis ex pectore.℞.epatice:lupulorũ: endiuie: arnoglosse: capil.vene.añ.M.j.liquiritie.ʒ.ij.passularũ:ordei mundi:mellis.añ.ʒ.j.sandalorũ rub.berberorũ: seminis papaueris albi.añ.ʒ.ß.succi liqritie: dragaganti.añ.ʒ.iij. iuiubarũ numero.viij.aque arnoglosse.ʒ.iij.zuccari albi.ʒ.vj.penidiarũ.ʒ.iiij.fiat syrupus. Solutiuũ facillimũ.℞.casiefistule.ʒ.j. ß.aquarũ violar:plantaginis.añ.ʒ.j.ß.fiat potio assumat in aurora:postea stet ieiunus horis.iiij. Constrictiuum sanguinis : vene consolidatiuũ:ꝛ pectoris ꝛ pulmonis confortatiuũ.℞.seminis altee:boli arment:corallorũ rub.coriandrorũ preparatarũ:succi plãtaginis quod sufficit ad incorporandũ: puluerizãda pul.formentur pilule.vij.pro.ʒ.assumat a tribus ad quinq; ad libituz in aurora bis in hebdomada masticet succum foliorum portulace crude. Aliud sanguinẽ sistens.℞.trociscorũ de terra sigillata:de hara be.añ.ʒ.ß.aquarũ: plantaginis portulace.añ.ʒ.j.ß.penidiarũ.ʒ.j. misce. Assumat in aurora frigidũ pterq; tẽpore hyemali:quo tẽpore assumat calidũ:stet postea ieiunus horis.iiij. Preter sputum sanguinis:de quo dictũ est:aliqũ expuit ab inferiori parte phlegma grossum:viscosum coagulatũ:aliquando sanies: quod vtrũq; potest cõtingere propter catarros ad inferiora descendẽtes: aut propter malã in pectore materiã contentã:siue a mẽbris alijs inferioribus ad spiritualia mandatã. Inter grossum phlegma ꝛ saniẽ per sputũ eductã differẽtia est:qꝛ sanies est fetida ꝛ virulenta: posita super aqua descendit ad fundũ:ꝛ posita in igne fortiter fetet: phlegma ⁊o natãs super aquã nõ fetet.siue in igne siue extra ignẽ neq; cũ corporis cõsumptione est:sicut sanies. Sanies ⁊o sine infectione pulmonis ꝛ lesione ꝛ corrosione eius:aliqũ est ꝓpter vlcera pectoris ꝛ dyafragmatis ꝛ aliorũ pãniculorũ vel lacertoꝝ vel pleuresim:vel peripleumoniã que in santẽ sunt conuersa. Si autez propter vlcera sit pectoris minus malũ est:qꝛ sunt in partibus carnosis:ꝛ cito consolidãtur. In pãniculosis ⁊o partibus molestiora sunt. In pulmone ⁊o vlcera valde mala sunt. Ubicũq; sit sanies in mẽbris spiritualibus si pauca sit:cito cum sputo educit:ꝛ preci pue si virtus sit fortis. Si autem multa sit sanies ꝛ maxime cũ virtute debili:aliqũ declinat ad stomachũ: ꝛ euomitur et euacuatur per inferiora. Aliqũ declinat ad epar per venã ꝓfundã: ꝛ si versus gibbũ exit per vrinã:ꝛ aliqũ per alia mẽbra:aliqũ figit in pectore ꝛ ibidẽ morat:ꝛ cõuersa ad pulmonẽ ipsum corrodit ꝛ putrefa-

Constrictiuũ ꝛ vene cõsolidatiuuz.

Aliud sãguinẽ sistens.

De epimate sine sputo sanioso.

cit:ꝛ phthysim inducit cũ febre acuta vel ethica:vel minuta:qũ in infirmo non est virtus ad expellendũ. Signũ autẽ qꝛ ad pulmonẽ corrodendũ sanies se cõuertit:est tremor qui accidit in tussiendo cum rubedine maxillarũ ꝓpter vapores calidos sursuz eleuatos: ꝛ calefactio digitorũ cum lenta febre:ꝛ pustulis pedũ qui semper contingũt. Minoratiuũ.℞.pilularũ de hiera simplici.ʒ.ij.agarici ʒ.j.salis gẽme gra.j.misce ꝛ cũ syrupo de liquiritia formenꝫ pilule.vij.pro.ʒ. Digestiuum.℞.syrupi de ysopo.ʒ.ß.syrupi de liquiritia.ʒ.j.aquarũ ameos.ʒ.j.ordei excorticati.ʒ.ij.misce. Eradicatiuum.℞.Casiefistule.ʒ.j.agarici albi.ʒ.ij.salis gẽme gra.j.aquarum capilloꝝ veneris.ʒ.j.ordei excorticati.ʒ.ij.agaricus minutim incisus infundat in dictis aquis per horas.xij.ad minus: deinde expuimat ꝛ colet:et colature reliqua oia addant:ꝛ fiat potio substantia agarici prius abiecta. Electuariũ digestiuũ pectoris mũdificatiuũ.℞.electuarij dyarodon abbatis.ʒ.ij.se.cõmuniũ frigidorum maiorũ.ʒ.j.puluerisꝛ eos:ysopi sicce.añ.ʒ.ß. dragagãti. ʒ.j.mellis passularũ ad corinthios quod sufficit ꝓ electuario misce. Confectio ad idem.℞.loch santꝛ experti dyapassij dyagraganti.añ.ʒ.j.dyaysopi.ʒ.iij.misce ꝛ cũ aqua capillorũ veneris fiat confectio. Confectio screare faciens et prohibens vene pectoris pulmonis ꝛ trachee arterie aperturã.℞.boli armenici.ʒ.j.ß.dyagraganti.ʒ.j.misce et cum syrupo de myrto fiat confectio solida in morsellis trium.ʒ. Pilule ad idem.℞.gummi arabici: dragagãti.añ.ʒ.ß.corallorum rubeorum:boli arment.ana.ʒ.j.trociscorum de terra sigillata:zuccari albi.añ.ʒ.j.iulep violꝛ.quod sufficit: dragagantũ:ꝛ gũmi arabicũ infundantur in dicto iulep donec sufficiẽter mollefiant:deinde misce oẽia ꝛ fiant pilule leniter presse. Cõfectio restaurans ad idem.℞.dyamidi.ʒ.vj.corallorũ rubeorum: boli armenici.añ.ʒ.ij.misce cum pistello ꝛ fiat confectio cum syrupo citoniorũ. Si apparet vestigiũ sanguinis ꝛ timor sit de aperura vene:aut esset aperta:tunc phlebotomia primo fit de saphena pedis dextri de qua trahantur.ʒ.ij.sanguinis:aut fiat phlebotomia vtriusq; saphene que sunt infra talum pedũ seu infra clauiculas:ex quaꝝ qualibet extrahatur.ʒ.j.sanguinis:deinde tertia die fiat phlebotomia brachij dextri de basilica hora tertiarũ stomacho ieiuno ex qua extrahantur.ʒ.iij.aut.iiij.sanguinis. Cibi sint glutinatiui lenitiui. Euitet omnes res sanguinem mouentes : sicut sunt calefacientes aperitiue: potus vini plurimi : et propie vinosi:saltus:clamores : riras : anhelitus altos:locutionez plurimam:multitudinẽ balneationis:coitum: itinera res rubeas

Minoratiuum in epimate.

Digestiuũ in epimate.

Eradicatiuum.

Electuarium ad idem.

Confectio faciens screare.

Pilule ad idem.

Confectio restaurantiua.

Dieta in epimate.

medicinas calefaciẽtes ⁊ aperientes: sicut aloes: apium: caseum antiquum: sisimbrium.

¶ De orthopnoea ⁊ aschmate. Caput. v.

¶ Ex traditione grecorum ⁊ latinorum. §. i.

ASchma est cum difficultas spirandi vehemẽter est: vt spirare eger sine sono ⁊ anhelatione nõ possit. Sed dũ modica est: neq; ex toto strangulat: dyspnoea appellatur. Cuz accessit id quoq; ne nisi recta ceruice spiritus trahat orthopnoea. Aschmaticuz aliqui appellãt qui difficile respirat. Sicut igitur orthopnoeici qui habẽt difficultatem spirandi: vt nisi recta ceruice stent spirare nõ possint. Est entz orthon rectũ: ⁊ pneo idest spiro: quos galeni interpretes: ⁊ medici recentiores orthopnoicos corrupte enunciãt: ⁊ ipsum morbũ corruptius orthomiã. Aschmatici sunt qui cũ difficultate anhelitum ducũt. Aschma eñ anhelitus anxietas dicitur: quos perperam recẽtiores asmaticos dicũt: et asma morbũ. Dyspnoeici qui spirãdi difficultatẽ patiunt: quos ꝓperã recẽtiores disnoicos ⁊ disponoicos vocant: ⁊ morbũ disnoiã vel dysponoiã. Hãq; dysetimoiõcacos cepnocepnõ: hoc est dys particula est male vel mali atq; difficultatis: et pnio: idest spiro vel pnoe spiritus vel flatus. De orthopnoea meminit Pli. lib. xxvij. c. xij. Rhecoma herba sumit epaticis spleneticis ischiadicis ad renũvitia suspiria orthopnoeas arterie scrubitias sanat. Videturq; Pli. suspiria generaliter alibi accipere pro omni difficultate spirãdi. Inde latine generaliter suspiriosi: ⁊ anhelatores accipiuntur pro illis qui cum difficultate spirant. Fit igitur angustia meatuũ spiritus interna petẽtis cũ multitudo conferta humorũ crassorũ ⁊ glutinosorũ impacta fuerit ꝓ obice spiritui: vel tumor aliquis apostematicus obstiterit: itidez vero dyspoicis: et qui asperas habent arteris multo catarro refertas: ex proximis locis fluxu in arterias affluente fit morbouz discrimẽ inter ipos inuicẽ: manifesta de causa in sanos subito incidente catarro vt plurimũ citra febrim postq; comitant ꝓpria catarri signa. Quod si tumor apostematicus in pulmone fuerit: fiat febris necesse est: ac non multo post mutato ardore pus cum tussi respuit: quod si incõcoctũ phyma fuerit: sicut medico euenit antipatro in leui pulmonis arteria: hi pondus maximũ non sentiunt: neq; ab orthopnea tãtũ perturbant. Qui ꝓ vo proprie orthopnoici ⁊ dispnoici sunt appellati fere sunt sine febri: põdusq; sentitur gravis: neꝫ purulentũ respuunt. Si autem curandũ tibi scito cõmune quiddam esse in his affectionibus ⁊ quiddã proprũ: cõmune quidẽ ad consumendã ac absumendã superfluã essentiam humidi

De aschmatic; ex galeno.

tatis morbos gignentis. proprũ glutinosorũ ⁊ crassorũ humorũz essentiam detrahẽtis tenuantibus et arefaciẽtibus medicaminibus: que sane cõmunis est ratio ad omnia in intimo corporis apostemata: vini autem potio ambobus congruit quod sit substantia tenue: cunctis potus sit paucus qui languent apostemate. Nam multus implet meatus glutinosis ⁊ crassis humoribꝰ. Nã abstergentia huiusmodi humores medicamina tusses quatiant necesse est: non facile autẽ respuitur ob crassitudinẽ quod abstersum est: maior igitur humiditate opus est: quo facile eijciatur: et ob hoc plus potus dandũ est aschmaticis. Magnuz inquit Archigenes medicamen est purgatio iugis ex validioribus facta medicaminibus: et vomitus ex rhaphanidibus ⁊ perũctionibus sumpti: cataplasmata ex ficubus ⁊ farina ordeacea: vt habeat rhesinam cerã cum melle. Impinguatur autez ei etiam iris: ⁊ mãna: ⁊ malagmata quecũq; cutem exulcerãt: ⁊ saniem abstrahũt vt est cissophontus: ⁊ dyadapnidon: dyacenthryos. Ad orthopnoicos aschmaticos: armenie: bolt drachma: dato potandũ cuz vino diluto. Aliud egregiũ ex Esculapior Diascoride. Aristolochia rotũda cũ aqua pota aschmaticis succurrit: ⁊ magni centauriij radix: et exigui succi ⁊ stecitas dissolutissima pota cum aqua: et spondilij fructus et calaminthe montane coma ⁊ ysopi iris: ⁊ melanthiũ: ⁊ struthium album: frige in testaceo vase super prunis: albicãtes vero tere et sumito: et cum melle coquito dato lingendũ ante cibum ⁊ post cibum: et proderit plurimum.

Ex archigene.

Ex escu: lapio.

¶ Ex traditione penorum et arabum. §. ij.

DIfficultas anhelitus fit tribus modis: vel eñ fit ex necessitate nimia anhelãdi sicut in sanis nimij exercitij: vel ex angusto spacio pectoris: sicut in apostematibus ⁊ in pectore vulneratis: vel ex angustia in capite viarũ spiritꝰ: sicut patiunt qui in lacertis gutturis apostemant que ex vtraq; sunt pessima. Hanc speciẽ Hippocrates orthomiã vocauit: q; homini in sanitate sua pectoris tñ mouent inferiora: patienti alterutrũ horũ trium mouentur superiora ⁊ inferiora: ⁊ vsq; ad spatulas. Potest aliter intelligi ⁊ orthomia vocari. Qui eñ eam patiunt erigi ⁊ stare cogũtur cum infirmus anhelosus totũ pectus vsq; ad spatulas: ⁊ a spatulis vsq; ad cubitos moueat: ⁊ cubiti in motu laxentur tribus ex caũsis intelligit: sicut testatur Gale. vel ex detectione virtutis lacertos pectoris mouentis: ⁊ in infirmitate sui: vel ex cõstipatione

Isaac tertio viati. capi. xj.

instrumētoꝝ spiritus: vel ex calore nimio cordi ⁊ pulmoni dominate. Defectio virtutis lacertos pectoris mouētis ex mala cōplexione calida vel frigida solet fieri. Cōstipatio instrumētoꝝ spiritꝰ ex grossis ⁊ viscosis hūoribꝰ est: vt ex grossa vētositate vias anhelitꝰ oppilāte: vel ex apāte in dyafragmate: q̄ aliqn̄ oia i vno loco adunant: aliqn̄ duo insimul: raro euadūt: q̄ hec omnia coadunata incurrūt. Auicēna. Asma est egritudo pulmonis cū qua patiens nō inuenit excusationē ab anhelitu frequēti: sicut est anhelitꝰ prefocatus ⁊ festinatꝰ. hec egritudō est ex egritudinibꝰ lōgis: habēs cū hoc paroxismos acutos p̄m similitudinē paroxismoꝝ epyleptie: ⁊ spasmi. Et egritudo hec cū accidit ōcrepitꝝ nō fortitā sanat nec maturat: quō em̄ cū ipsa in iuuenibꝰ etiā sit difficilis p̄m plurimū: ⁊ augmētatur apud resupinationē. Et oportet vt elonget inter cibum ⁊ potū: ⁊ nō satiet ex aqua subito: imo plurib⁹ vicib⁹. Et somnus post cibū est res nocibilior eis. Uitet potare post cibū siue sit aqua siue vinū. Et scias q̄ crocus est ex summa medicinarū malicie anhelitꝰ ⁊ difficultati ipsius: q̄ cōfortat instrumentū anhelitꝰ: ⁊ facilē ipsum efficit. Et catarrus q̄ fit ex debilitate substātie cerebri curationē nō habet. ¶ Serapio. Illi qui habēt asma absq̄ febre assimilantur illis qui incedūt cum velocitate ⁊ vehemētia: deriuatur ergo nomē asmatis ex actiōe illorū. Et accidit ei hec egritudo ex humore viscoso: qui adheret cāne pulmōis: et preparatio anhelitꝰ est huius generis: scz q̄ oppilat meatus aeris: ⁊ est vna specierū anhelitꝰ: scz q̄ est diuersa ab anhelitu asmatis: ⁊ ab anhelitu sanorum. Et fit etiā q̄n implent vene grosse q̄ sunt in pulmone humore grosso ⁊ phlegmatico: donec putrescit ⁊ ignitur. Et oportet vt scias q̄ cāna pulmonis q̄n descēdit ad pectꝰ diuidit in venas grossas q̄ sunt calidiores natura eius. Cū ergo inuoluit cum eis caro rara: cōpletur cū eis pulmo: ⁊ iste sunt thesaurivēti: quapropter etiā q̄n occupat locū vēti substātia alta: cōstringit anhelitus: ⁊ accidit pectori: ⁊ collototi p̄parātio recta. Quod est q̄ patientes hanc egritudinē timēt q̄ cadāt quedā partes corporis super qualdā quare prefocātur: q̄n ipsi iam sciūt experimēto q̄d accidat in hoc ex corruptiōe. Rectificāt ergo pectora sua ⁊ colla sua donec p̄parat eis anhelitꝰ: ppter id ergo noiat hec egritudo directio anhelitꝰ ex hoc nō preparat ei qui habet egritudinē anhelitus: nisi q̄n est directus sedens. Rasis penus. Disma plurimum fit ex phlegmate grosso implēte cānā pulmonis: ⁊ sunt cū ea oregmō magnus in pectore ⁊ cōstrictio anhelitus: ⁊ id quod faciūt canes in anhelitu quando currūt ⁊ proprie apud motū. Et cura eius est id quod educit illos humores grossos ex pectore: et iā diximus

Auicēna fen. x. tertij canonis.

Serapio scō breuiarij. capi. xxiiij.

Rasis diuisionib⁹ cap. lviij.

id in tussi humida. Et fit q̄nq̄ ex siccitate pulmonis: et signa eiꝰ sunt sitis et subtilitas vocis. Et cura eiꝰ est sumere lac in potu. Cōfectio rasis ad asma educens humores grossos et saniem ex pectore. ℞. succi liquiritie: ysopi sicce. aā. ʒ. x. capillorū veneris. ʒ. viij. se. vitice yreos: cordumeni: piperis: aristologie rotūde baurach: nasturcij: carui cāpestris: amigdalarū amararū. aā. ʒ. v. cōficiātur cū melle quātum ipsa sunt: et detur in potu cū decoctione ysopi maiori. Confectio pilularum quibus soluūtur habentes disniam frigidam. ℞. pulpe coloquintide. ʒ. j. tertia agarici: ʒ. ß. baurach. tertia. ʒ. j. succi liquiritie. ʒ. q. se. vitice yreos. aā. ʒ. ß. et fiant pilule: et est dosis. j.

Cōfectio Rasis ad asma.

Alia eiusdem Rasis.

¶ Ex traditione auctorum recentium. §. liij.

Omnes dispositiones anhelitus contra naturā quodāmodo ad asma ⁊ ad disniam reducūtur. ideo de asmate primo videamus: cuius tres species distinguuntur: scz Sansugium: Orthomia: Anhelosus. Nomine ergo speciali ōr sansugiū difficultas: expirandi: qō est: q̄ canales pulmonis interius sunt valde repleti: vnde non possunt constringi. Anhelosus vero dicit q̄n pulmo exterius est cōpressus: vnde est difficultas inspirādi id est intus spirādi vel aera attrahēdi: q̄ pulmo non pōt dilatari. Orthomia vero q̄ interiꝰ ⁊ exteriꝰ pulmo est cōpressus: vnde nō pōt dilatari nec cōstringi: ⁊ ideo pariter impedit inspiratio et expiratio: cū cōtingit raritatē pulmonis totaliter imbibi ⁊ repleri. Hec aūt passio in senib⁹ nō curat: q̄ in minorib⁹ ⁊ fortib⁹ vix curat. Hec aūt passio generat ppter catarros a capite descendētes: ⁊ q̄nq̄ ppter malas materias in spūalib⁹ collectas: et q̄nq̄ ppter nocumētuz aliorū mēbrorū: sicut stomachi splenis epatis dyafragmatis cōprimētiū: vel malas materias mandātiū: vel propter dislocationē spōdiliū: vel propter vētositatē plurimā: vel ppter paruitatē pectoris nimiā: vel ppter malas cōplexiones spiritualiū: vt est frigiditas: vel siccitas immoderata. Signa aūt istiꝰ passionis sumūtur a nocumēto mēbrorū patiētiū. et a signis reumatū: q̄ passio si sit cū materia erit in principio grauitas spuendi. Si aūt sit solū nocumētū in spūalib⁹: adest pulsus tremulosus: et tremor cordis. Si aūt cā sit extra spūalia: nō adest tussis. Si aūt sit ex apatib⁹ satis significat p dolorē loci. Si sit ex aspitate siccitate: adest sitꝝ: ⁊ nihil expuit. Si sit ex vētositate cognoscit p inflationē loci ⁊ eructatiōes. Si a frigiditate pulsus ē ōbilis tardꝰ ⁊ rarꝰ. Regimē ex nutriēte potꝰ sit vinū pauciferū nō vinosū mediij colorꝝ dulcedie pticipās. Cibꝰ fercula ptisana ordei optie cocta i brodio

pulli pinguis:vel galline:pultes ex farina amilli decocte comeste non spisse. Offe ex micis panis lotis panis optime farine frumenti debite fermentati cū brodio pulli vel galline:amygdale dulces optime prius bene pistate:deinde cocte in brodio pulli vitelli ouorum cū eorū albumine conquassati optime in brodio pulli. Spinachie partes tres:boraginis partem vnam:⁊ feniculi pauci.omnes simul debite cocti in brodio pulli. portulaca cū aliquātulo boraginis simul bullita ⁊ cocta in brodio pulli. Oua sorbilia gallinarum cū eorū albumine in principio mense et proprie in principio prandij iuuant si non timet ventris solutionem preter naturalē: blitis partes tres:boraginis partem vnam debite cocta in brodio pulli. Cucurbita prius bullita:deinde cū modico mente debite cocti cū brodio pulli. In omnibus suprascriptis ferculis pinguibus ⁊ macris vtatur sepe lactis amigdalarū dulcium partibus tribus:semissum maiorum frigidorum parte vna:omnibus simul mixtis cū dicto ferculo. Et hoc intelligē vbi patiens non horret ista:in omnibus ferculis vtatur sepe zuccaro tabarzet triū coctarū. Carnes vtiles sunt pulli:pulle:perdices eltre:fasiani: turdi cocti vt supra aliquando:alaude parue. Et aliquando assenk:sed raro:ita eltre prestantiores sunt. Vituli lactentis. Hazelli seu capioli: pulmones elixi supradictarum autum conuenientes sunt:et pariter epata ipsarū pulmo vulpis eltrus debite coctus:pisces petrosi parui elixi non assati nec frixi. Timali:luciij parui. Acrumina omnia euitet.vt sunt allea:cepe:porri:raphani et similia. Res acetosas euitet. Res pari:er agrestes vt limones et aranci.ventos euitet: tam calidos q̄ frigidos:radios solis et lune similiter. Digestiuuz catarri siue materie fluentis ad pectus. ℞. aque mellis facte secundum canones.ʒ.iij.aque decoctionis ordei excorticati.ʒ.iiij. zuccari albissimi.ʒ.ℸ.misce.assumat calide duobus diebus in singula hebdomada in sero dum vadit dormitum. Anhelitum facilitans:ventrē lenitens:pectus mūdificans. ℞. ficus siccas albas et pingues numero.iiij.passularum ad corinthios.ʒ.ℸ brodij pulli.ʒ.vj.zuccari albissimi cum brodio dicti mixti.ʒ.ℸficus per vnum quartum hore ante prandium comedat:deinde immediate passulas. Ultimo immediate dictum brodiū bibat.hac comestione et potione simul taliter vtatur sepe. Aqua mellis de qua supra fit mentio sic fit. ℞. mellis partes.j.aque fluuialis mūde et clare partes.viij.misce. deinde bulliant ad ignem vsq̄ ad consumptionem tertie partis coque continue dispumando:vltimo per petiam lineam subtilem et albam coletur:et ipsa vtatur vt supra. Digestiuum screatum iuuans tussim mitigans:et anhelitum facilitans. ℞. syrupozum de

Digestiuum materie fluē tis ad pectus.

Medicamen, anhelitum facilitās.

Compositio aque mellis.

Digestiuum.

prassio confecti cū seminibus mesue.ʒ.j.de absinthio:de calamento:iulep violati.añ.ʒ.ij.aquarū decoctionis ordei excorticati.ʒ.j.capillorum veneris.ʒ.iij.misce.Assumat calidum in aurora tribus diebus. Solutiuū vsuale et facile. ℞. pillularum elephanginarum ʒ.ij.agarici.ʒ.j.salis gemme.zinzibe.añ.gra.j.calamenti.ʒ.j.absinthij gra.iiij.misce:et cum syrupo de prassio q̄ sufficit ad incorporandum fermentur pilule.viij.pro.ʒ. Assumat in aurora a duabus vsq̄ quinq̄ ad libitum:stet tetunus horis quattuor ad minus :et iterū dormiat desuper hora vna. Digestiuū aliud anhelitum facilitās. ℞.aquarum.capillorum veneris.ʒ.j.prassij.ʒ.ℸ.enulle campane.ʒ.j.ysopi.ʒ.ℸ.croci.gra.j.zuccari albi.ʒ.ij.misce. Assumat calidum in aurora ter in singulo mense. Confortatiuū pulmonis et dilatatiuum eductiuūq̄ materieruz in ipso contentarum. ℞.succi caulium.mellis clari. añ.lib.j.pulmonis vulpis preparati.ʒ.iiij. bulliant simul succus et mel semper dispumando vsq̄ ad succi cōsumptionem. et in fine addatur pulmo vulpis : et fiat electuarium. De hoc electuario sumat ʒ.iij.in mane et in sero.ʒ.ij.per horam ante cenam. Aqua experta pro asmate frigido.quod duraut.xij.annis in quadam muliere. ℞. Prassij:capillorum veneris: vngule caballine.añ.℥.j.passularū yreos:se.vtrice:liq̄ritie: ysopi añ.ʒ.j.ficuum siccarum numero.x fiat decoctio:de qua sumat omni die.ʒ ij. In asmate fiat syrupus vt sequitur ℞.prassij hortulani.℥.ij.capillorum veneris:ysopi liq̄ritie.añ.ʒ.j.passularū.ficuū siccarum:dactylorum.añ.ʒ.j.ℸ.enulle sicce:se.vtrice:yreos:radicis feniculi:petro.añ.ʒ.ℸ.gummi dragagāti arabici.seminis anisi cinamomi.añ.ʒ.ij.penidiaruz.ʒ.iij mellis.ʒ.viij.fiat syrupus distēperetur cum aqua prassij continuet triginta diebus. De octauo in octauum diem sumat istas pilulas. ℞. agarici.ʒ.iij.yreos:prassij: menthe.añ.ʒ.j.turbith.ʒ.v.hiere simplicis.ʒ.ℸ.coloquintide.sarcocolle.añ.ʒ.j.ℸ.ʒʒ.ʒ.iiij.fiāt pilule cum sapa. dosis.ʒ.j. Et sumet de hoc loch. ℞. dy agragāti calidi:dy apenidiō:dy aristologie.añ.ʒ.ℸ.pinearum mundatarum.ʒ.ij.misceantur cum sapa. Aqua pectoralis. ℞. violarum:capillorum veneris: ordei mundi: liquiritie: passularuz.añ.ʒ.j.iuiubarum.ficuum siccarum.añ.numero.v.ysopi.ʒ.ℸ.bulliant in aqua:clarifica cum zuccaro:penidiarū.añ.ʒ.iij. Syrupus solutiuus in materia pectorali in homine antiquo tempore estatis. ℞. capillorū vene.enduie:añ.℥.ℸ.liquiritie passularum:ordei mūdi.añ.ʒ.j.radicū feniculi petro.añ.ʒ.ℸ.ysopi.ʒ.ij.iuiubarū nūero.x.agarici albi:turbith:reubarbari.añ.ʒ.ℸ.se.anisi.feniculi zinbiberis.añ.ʒ.j.spice salis gemme.añ.ʒ.j.zuccari lib.j.fiat syrupus.dosis. ʒ.ℸ.omni die de tertio in tertium cuz aqua calida.

Soluti uum vsuale.

Digesti uum.

Confortatiuum pulmōis.

Aqua singularis i asmate.

Syrup.

Pilule singulares in asmate

Aqua pectoralis.

Syrup soluttu.

De pleuretide seu pleuresi. Caput.vj.

Ex traditione grecorum et latinorum. §.j.

Pleuretica mēbrana ē pānīculus sub costis firmior et peritoneo similis: singule tñ coste membranulis suis integuntur. hinc membrana annexa est: que medios deducit pulmones: et pectoris spineq; annectit vt altera pulmonis parte lesa: altera incolumis seruetur. Pleuritis. idis. recentiores dicūt pleuresis. Et est morbus laterū satis asper: ⁊ vr apotes. pleuris: id est a latere. hinc pleureticus: qui hunc morbū patitur. Integra pleuritis ardor est hypezocotis in latere tunice vehemens dolor obtūdens illatus cum acutissima febri: flatus difficultas hoc comitatur: et tussis qñq; arida: aliqñ cū eductione: a principio quidem cruēta: posteavero cocto ardore purulentorū pulsus consedit asper ⁊ velut calpēs. Quod si dolor circa māmam insedit: extenditurq; ad vertebram vsq; corēdicis: detrahēdus est sanguis quātum satis: si nautem infra ad hypochōdriū fuerit dolor purgāduz est. si nautem mediocris fuerit dolor: neq; compūgēs: neq; cū tussi ac febri acuta non magna eget auxilio: clyster nāq; in his plus admittatur: inde oportuna alui subductio aspersioq; adhibeat languenti lateri: obducaturq; sacculus ex furfuribus: ⁊ glithone et anetho: sitq; victus attenuās. At in acute egrotātibus: vt dictū est si circa māmam et clauem fuerit dolor: secare vt dictum est: oportet in ancone venam ardēte latere: non adiximbrachij sed ex opposito: neq; tātuz sanguinis detrahat vt anima deficiat: nā ex hoc subest periculum peripneumonie: refrigerato eñ admodum sanguine: pulmo qui rarus et calidus est: lateriq; vicinus: facile excipit morbum: expedit nimirum ei mediocrem detrahere aliquo etiā interueniēte interuallo: et adhuc mediocre detrahere: q; si anime defectus tenetur: si amplius detrahit inde clysteribus aluus erit subducēda: si par non videatur vtendum erit oleo rutaceo in quo colliquefacta sit terebintina ⁊ butyrum: inde lateri oleuz admouēdum est calidum in quo rutha anethū: cypri flores incocti sint: ⁊ lana apponatur cum eo liquore: ac sulphurata: vel ipsum sulphur dissoluturz oleo calido et thymo dissolutissimo imponito: ligatoq; leniter et cōtinue id: hacq; aspersione ad tertiū vsq; diē vtitor: hec eñ sunt que ab archigene narrata sunt. Epithema prestās pleuriticis fm eūdem. Oppoponacis vncia: rute foliorum vncie.ij. cypri libra. cere vncie.vj. terebinthine vncie.vij. galbanes vncia et dimidia oppoponacis cypriino dissoluat. Galbane vero rute foliis colluat q liqfacta ⁊ frigefacta misceātur dissolutis. Aliō epithe-

Ex archigene.

Epithema pstās pleuriticis

ma multe experiēte. Rute ℥.ij. sulphuris extricti. ℥.j. nitri. ℥.ß. adipis porcine. ℥ iiij. cere. ℥.vj. terebinthine. ℥.j. pota aūt iuuāt pleureticos a principio quidē mellicratū in quo cocta sit ruta: postea yssop: vel calamicithe: vel origanū: vel iris vel radix aristoloche. Aliud butyrū recēs cū equa pte mellis coqto: daq; cochliariuz. Inueteratis aūt pleureticis da balsami fructus drachmā cū mel licrato: vel gentiane. ℥.ij. centaurij maioris radicis. ℥.ij. cuz vino: vel symphiti radicis cū mellicrato. Si aūt humida ⁊ incocta reiiciat. hoc ꝯgruet zinziberis: troglytidis. ℥.ij. croci. ℥. piperis grañ. xv. mellis dispumati lib. dato cochliarij dimidium.

Aliō epithema.

Aliud remedium.

Ex traditione penorum ⁊ arabum. §.ij.

Scias q; pleuresis est phlegmon velaminis ligantis viscera quod cooperit costas de intus. Et oportet vt scias q; pectus est compositū ex.xxiiij. costis ⁊ iter istas costas sunt lacerti quidam positi ad constringendum pectus ⁊ dilatandū ipsum. Cū ergo apostema velamen ligans quoad cooperit costas has ⁊ lacertos qui sunt inter eas: nominat hec egritudo caluritus ⁊ est pleuresis: qñ vero apostema est in lacertis: tūc q̄dam nominant caluritis non vere. Sed distinguitur inter verū ⁊ non vere p istas significationes: qō est qr si est cū dolore pungitiuo ordinato: tūc pleuresis est vera qñ velamen est neruosum in natura sua sentiens ex quo est pūctio ⁊ dolor: ⁊ dolor pūgit in hac egritudine velamen. Est ergo ille qui extendit ex centro fm rotunditatē ad terminū: ⁊ cētrum eius est fluxum locatuz. Et significationes q̄ sunt ꝓprie ei sunt ex tussi ⁊ dolore cū punctura ⁊ fe. acuta ⁊ constrictōe anhelitus ⁊ dolore clamoso. Et fm plurimū non accidit pleuresis nisi ex sanguine cholerico scz ex materia calida. Et opzvt administret phlebotomia qñ dolor iam ascēderit ad duas furculas: ⁊ post illud damus infirmo decoctionē de iuiubis ⁊ sebestē: passulis: papauere albo: dragagāto cū violis ꝯditis cū zuccaro ⁊ oleo d̄ amigdalis dulcibus: sed die vno: ⁊ post illud aquā ordei. Et dū materia in principio p manet currēs: trahamus ipsam ad locū ōrtū ei ex dorso ad longitudinē. Si aūt egritudo iam ꝯfirmata est: ⁊ abscissum est qd̄ currebat: tūc necesse est vt phlebotomemus ex latere doloroso. Ilia lyabbas. Si apostema opimēto costas subiuoluēti accidit pleuresis vocat ⁊ cū in pectoris lacertis: dolor dr̄ lateris. Et huic adherētia passioni accidētia q̄bus significat: febris est indeficiēs: q̄ ab ipsius in principio nō separat: ac tussis q̄ nihil i pricipijs emittit anhelitus ā gustatio: pūgēs dolor. ⁊ cuz passio difficilis est dolor

Serapio secō breuiarij. ca. xxj.

Ysaac tractatio viatici.c.xiij.

a costis incipit: ⁊ ad furcularũ ascendit partes: eo in latere in quo apostema est: nonunq̃ autem ad inferiora descẽdit in partes que subsunt hypocundriis. ¶ Sanguis augmentatus ⁊ cum interiori calore corporis feruidus capiti ascendentem fumũ mittit: qui cum inueniat clausuraz capitis ⁊ poros oppilatos non permittit exire: deinde calefit morans in capite cum cerebri calore dissolutus redit ad iferiora corporis: sicut videmus in humectatione fumi balnei: qui fumus cum tecta penetrare nequeat: redit ad inferiora. Si aqua a capite distillat ad dyafragma calidum apostema generat: ⁊ inde fit pleuresis vera. Si in lacertos veniat vl̃ carnes que sunt inter costas pleuresis nonvera dicit. Sepe pleuresis inuadit homines calide ⁊ humide complexionis in vere naturaliter: in hyeme accidẽtaliter. Et plurima pleuresis ex puritate nascit sanguinis. Aliqñ ex sanguine calido ⁊ cholerico: aliqñ grosso ⁊ melancholico: aliqñ humido ⁊ phlegmatico: aliqñ ex omnibus: aliqñ ex quibusdam humoribus. Si videamus q̃ apostema dyafragmatis sit sanguineum: si sequantur tempus: etas. consuetudo ⁊ virtus infirmi: festinemus vt de basilica vena minuam⁹ de latere vbi infirmus patitur anteq̃ augmentetur: maxime si dolor ascendat vsq̃ ad furculas: qõ in periconoreon precipit hippocrates. Si virtus sit fortis: non est cura alia adhibenda: q̃ que phlebotomia precepimus obseruanda: sed phlebotomandus est maxime si sit sanguinea morbi species. Unde si virtus defecerit non oportet phlebotomari: sed quantomagis possumus virtutem custodiri: phlebotomia enim est molestissima cum defectione virtutis: oportet ergo epithimata queri ⁊ cataplasmata acumen sanguinis mitigãtia ⁊ dissoluentia: sicut sunt malue: viole: radices eorũ: ordeũ mundũ in aqua coctũ ⁊ colatuz cum oleo viol'. mirtum: deinde pãni linei subtiles infundantur: ⁊ loco dolenti superponãtur frigidi tempore calido tepidi tempore frigido. ¶ Ysaac. Pleuresis vera est calidũ apostema nascẽs in dyafragmate propter humores a cerebro ad pectus fluentes. Aliquando hec materia descendit ad lacertos costas velantes: ⁊ aliqñ in pulmonem: ⁊ nõnũq̃ in dyafragma. Si fuerit in pulmone erit dolor leuior: qr pulmo est insensibilis propter neruos ab eo ablatos. Spũs tñ est angustior: qr pulmo est maius instrumentuz spiritus. Qõ si materia venit ad dyafragma: fit spiritus leuior: ⁊ dolor fortior ꝓpter multitudinem nerorum in eo existentem ⁊ colligantiam: quam ipsum cum cerebro hz. Proinde si vulnera patit: dura sunt ad sananduz: maxime si fuerint in neruosa parte dyafragmatis carnẽ nõ habẽtis vulnera eñ in loco nõ carnoso: incurabilia sunt. que si fuerint

Ysaac li. iiij. febrũ capi. de pleuresi

in carnoso. sunt dura ad sananduz propter minutetatem sui motus ⁊ non solum vulnera dyafragmatis sunt difficilia ad curandum: sed etiam ea que sunt sub omnibus locis dyafragmatis existentibus sicut circundantis ventris ⁊ intestinorũ: qr corruptio omniuz humorũ ad hec loca venit: qr sunt vicina locis secun. propter hoc oportet medico vt desiccet vulnera que sunt in his locis quãtum virtus tolerare poterit. ¶ Auicenna. Pleuresis vera est apostema calidum in partibus pectoris: aut in lacertis intrinsecis ⁊ in velamine cooperiente pectus: ⁊ in velamine distinguente: ⁊ est illud qõ est purũ. Non vera fit in lacerto extrinseco apparente: aut in velamine extrinseco cum cõmunitate cutis ⁊ absq̃ cõmunitate: ⁊ tunc est non vera. Et maius istis ⁊ terribilius est illud quod est in ipso velamine distinguente: ⁊ est prauius eis. Et omne apostema aut resoluit: aut indurat: aut collectionem facit. Et oportet vt virtus ꝓfortetur in hac hora: vt fortis fiat ad tussim sputi. Hec namq̃ operatio duabus completur virtutibus: quarũ vna est naturalis maturatiua ⁊ expulsiua: ⁊ altera est voluntaria expulsiua ⁊ nisi confortentur possibile est vt deficiant ad mundificanduz. Et qñq̃ accidit ex vehementia febris: frequẽtia anhelitus: ⁊ viscositas sputi: ⁊ ex viscositate sputi vehementia laboris: ⁊ additio in inflammatione: ⁊ sic non cessant adiuuare se sup malicia. Ueritas tñ est q̃ ꝓpinqua parti sinistre est deterior: sz est conuenientior ad hoc vt maturet ⁊ recipiat solutionem. Et pleuresis minorat in decrepitis: ⁊ si forte accidit interficit ꝓp debilitatem ꝓtutuz earũ in spuẽdo ⁊ mũdificando. Et sunt q̃nq̃ signa vere pleuresis: scz febris insepabilis: dolor pũgitiuus sub costis: cõstrictio anhelitus: pulsus ferrinus: ⁊ tussis. Et apparitio fluxus sanguinis narũ est ex signis bonis vltimis in pleuresi. Et ois pleuresis cui⁹ dolor nõ decrescit p sputũ: neq̃ minutionẽ: neq̃ p alia: tũc spera ex ea sanitatem: aut mortem ante ipsam secundum reliquas significatiões. Et oẽ sputũ cũ quo nõ decrescit nocumentũ: non est bonũ. Et laudabilius sputũ est qõ est facilius ⁊ velocius: ⁊ plurimũ ⁊ magis maturũ ⁊ albũ planũ eq̃le in quo nõ est viscositas: imo eq̃litas substãtie. ¶ Rasis. Fit ex sanguine: cuius signa sunt rubedo coloris: repletio pulsus ⁊ vehemẽtia cõstrictionis anhelitus post multaz repletionem vini: ⁊ si sputũ iam inceperit: erit rubedo in eo plus. Cura eius est phlebotomia basilice ex latere opposito: deinde iteratio phlebotomie ex latere doloris in die tertia. Et fit pleuresis ex cholera: ⁊ signa sunt eius punctura ⁊ dolor in latere: ⁊ caliditas fortior quam eius que fit ex sanguine: ⁊ pulsus minor ⁊ durior ⁊ febris acutior. Et cura eius est phlebotomia: sed ex latere

Auicen. fen. x. tertij canonis.

Rasis in li. diuisionum. ca. liij.

doloris de basilica. Et fit ex sanguine adusto nigro: ⁊ signa eius sunt vehementia pūcture cū siccitate oris ⁊ fortitudine febris: ⁊ asperitas ligue: ⁊ postpositio sputi: ⁊ tarditas eius: ⁊ difficultas ipius ⁊ nigredo coloris ipsi⁹: ⁊ plurimū est mortale. Et cura ei⁹: est phlebotomia. Et fit pleuresis ex sanguine in quo dñatur phlegma: ⁊ est magis quieta ⁊ leuior: ⁊ febris non hz magnum dñiuz: ⁊ nō est punctura in latere: ⁊ est sputū in hac egritudine albius: ⁊ in ipso est rubedo parua. Et cura eius est phlebotomia ēt: deinde decoctio ysopi: ⁊ viol. ⁊ reliqua que diximus: verūtū extinctio ⁊ humectatio oportet vt sint minores.

¶ Ex traditione auctorum recentium. §.iij.

Vera pleuresis a non vera differt cū ꝓprijs eius significationibus: que sunt duricia febris: ā gustia spūs: tussis in initio morbi sicca: punctio in latere: q̄ accidentia sequit extēsio pulsus. hec duricia est similis dentibus serre: cūq̄ apostema fuerit maturatū rumpit: neq̄ vlnus ab oi mundificat sanie: velociter mouet materia ⁊ mutat ab interiori dy afragmate ad exteriora. ⁊ iūcta cū pulmone gñat pleumoniā: qua de cā dolor quiescit: q̄ pulmo est insensibilis. Et aliqñ incidūt in peripleumoniā priusq̄ apostema rumpat. Nō ꝑa aūt pleuresis hz significationes has. scz grauitatem lateris absq̄ tussi ⁊ sputo: q̄ morbus est extra spūs instrā: pinde pulsus eorum est mollis: ⁊ posita exterius manu sup locū passionis mor sentūt dolorem: ⁊ aliqñ tumor apostematis apparet extrinsecus: qō in futuro cū chirurgia curat. Apostema epatis qñq̄ vr esse pleuretic cum cum non sit. Calidum itaq̄ epatis apostema cognoscit per citrinitatem vultus patientis. q̄ epar est fundamentū sanguinis: qō cū deficit in mundificatione sanguinis īmūdus sanguis pmanens ⁊ corpus nutriens mutat illud in citrinitatē: ⁊ sicce tussiunt: q̄ materia extra spūs instrm est: pulsus eorū est durior pleuretico pulsu. Species pleuresis differunt inter se in colore sputi. qualitate infirmi: q̄ si materia sit sanguinea: sputū erit rubeū: tussis humida. corpus plenū: tactus mollis ⁊ suauis: sitis parua: pulsus magnus ⁊ largus: vrina vermiculosa ⁊ temperata in liquore aut aliquantulum grossa. q̄ si materia fuerit cholerica: sputum erit citrinum: tussis sicca: corpus macilentum: calor pungitiuus ⁊ acutus sitis magna: pulsus velox ⁊ acutus: vrina subtilis ⁊ lucida. Si autem materia sit phlegmatica: sputū erit albuz: tussis humida: corpus pingue: effigies mollis ⁊ parum colorata: febris debilis: si

tis pua: pulsus latus ⁊ tardus: vrina vitellina: aut citrina: liquor grossus: ⁊ aliqñ subtilis ⁊ albus: qō est malum: materia melācholica sputum hz liuidū vel nigrū: corpus macidū ⁊ siccū: pulsuz subtilem ⁊ tardū: vrinam colūbinā: aut aliquātulū pertinentem ad viriditatē. Nō si materia de oibus: aut de pluribus fuerit humoribus cōpositā: fit sputi color cōmixtus multuz siue parū ꝑm humorū cōmixtionē. Sicr cetere patiētis qualitates erunt mixte. Sed bonū est si añ materie digestionē sputū egrediat album ⁊ aliquātulū mixtū cū rubore: q̄ materiā significat esse leuē ⁊ non obediētē. q̄ si appeat sanguinolentū: significat q̄ morbus est sanguine⁹. Dolore aūt ad furculas ascendente: añ oia phlebotomabis: deinde occurre cū cathaplasmatib⁹ acumē sanguinis extinguētibus ⁊ dissolutiuis: sicut est succus malue: bismalue: viol. ordeū mūdū. oibus coctis ⁊ colatis addito oleo viol. pānus in eis infusus: supatiētē ponat frigidus tpe calido: calidus tpe frigido: q̄ si calor febris nō est fortis addimus cathaplasma cuz oleo camomillino. Et si ꝓtus patiētis sit fortis: etas: cōplexio: tps: regio: ꝓsuetudo sintq̄ cōueniētia: festināda est sanguinis ōtractio: priusq̄ morb⁹ augmētari icipiat: ⁊ febris augmētet. Malū eñ est (vt vult ysaac) si postea minuat pp nature debilitatē. Materiā ēt si certissime noueris esse sanguineam: ⁊ ꝓtus infirmi sit fortis phlebotomia conueniēs erit: et si cetera incōueniētia sint. caue tñ ne sanguis temere minuat cū ꝓtus debilis est: q̄ molestū est. q̄ si minuat: ꝓuenit vt sit de basilica vena ⁊ de latere infirmo. Sūt nōnulli tā ex italis q̄ ex nr̄is in sanguine mittendo audaciores: q̄s medici sapiētes admodū detestant. Nā sanguis est atre bilis tempamētū: spūs somes: vite thesaurus. Dieta in pleuresi sit talis. Da mane ptisanuz colatū cū amygdalis ⁊ zuccaro: aut cū syrupo viol. si vēter fuerit cōstipatus. vespe micā panis lotā cū amygdaleō ⁊ zuccaro tritā. Succū ēt maloꝝ granatoꝝ valde dulcīū sorbeāt. q̄ si ꝓsuetudo infirmi fuerit multū comedēdi: ⁊ fuerit germanus: aut scotus: ⁊ ptisanū ⁊ amygdalatū nō suffecerit: da spinacheā: maluā: cucurbitā. oia cocta cū amygdalis ⁊ pariter ordeaceuz cū amygdalis: ⁊ micam panis. Sed in die nūciatiua decet dietā subtiliare: ⁊ solū ptisanum aut ordaceū clarum dare. q̄ si sputū in quarta die fuerit albū lene multū facile: q̄ cū vna aut duabus egrediat tussib⁹ nūciat crisim esse vēturā in .vij. die. Si aūt in q̄rta rubeū fuerit ⁊ aliqō signū coctionis apparuerit: ⁊ sputū fuerit lene iunctum viscosum ⁊ mixtū cū aliquāto albedinis ⁊ leuiter exeat: indicat bonam crisim esse venturam in .xj. vel .xiiij. maxime si apparuerint cum eo signa salutis: que sunt virtutis bonitas: leuitas: somni leuitas: appe-

titus bonitas:maxime in hora qua erāt soliti illū hre in sanitate
ꝛ signū coctionis in vrina:eadē hora sanitatis. Si sputū in quar
ta die roseū apparuerit:nūciat crisim in.xiiij.aut.xxj.fm q̃ mate/
ria morbi leuis aut grauis apparuerit. Qō si citrinū in quarta ap
paruerit:longitudinem significat morbi: sed tñ nondū timorē aut
salutem demonstrat. Sed tñ si in.vij.mutek in ruborē: etiam alia
bona signa appareant in longo tpe salutem nunciat esse venturā.
Si aūt vsq̃ in.vij.appareat citrinū ꝛ illaudabiles appareāt signi
ficationes:timorē demonstrat vicinuz. Si aūt significationes sint
mediocres:fit tarditas timoris fm cōmixtiones significationum.
Cauendum est aūt ne multum soluat venter:q̃ postea vix consti/
pat. Si pleureticus fiat sine sputo ꝛ sic cū dolore hypocūdriorū p
vrinā purgabitur potius q̃ per egestionem. In pleuresi semp est
punctura vnius lateris:vel vtriusq̃:sed tñ vrina intendit cū est in
dextro. In peripleumonia vero nulla est lateris pūctura:sed gra/
uedo sinistre spatule cum genarum rubore:ꝛ docent in his facere
phlebotomiam primo p antipasim:ꝛ post per metathesim. Pleu/
reticus si non purget in.xiiij.diebus in empima tranit ꝛ vix eua/
dit. Quidaz aūt arbitrant in pleuresi empimate ꝛ peripleumonia
curam non esse variandā:qnibusdā contrarium vr fm diuersitatē
humor in causa existentinm curas esse variandas:vt Constanti/
nus Ysaac ꝛ Rasis. In his tñ passionibus non sunt apponēda re
percussiua:nec actualiter frigida:sicut nec in apostematibus aliq̃
bus interior membroruz:sed dyaforeticis magis ꝛ mollitiuis in
sistendum:vt si materia est calida:minus calida appsnant. Si fri
gida:magis frigida apponant. Et pariter nihil actualiter frigi/
dum debet exhiberi per os:ꝛ nihil acetosum:vel salsum. Nec ap/
propinquet se pulueri vel fumo vel vento vel splēdori: ꝛ loquatur
submissa voce:ꝛ sit in loco obscuro tuto a frigore ꝛ calore: vnde
carbones igniti sine fumo ante lectum debēt apponi. Nihil actua
liter frigidū eū extra tangat. Aliqui querunt an cōueniat phlebo
tomia in pleuresi ꝛ peripleumonia in principio q̃ fuerit cuz fluxu
ventris. Et in hoc casu dicit alexander q̃ primo interciplatur flu
xus:ꝛ post fiat phlebotomia. Alij dicunt q̃ siue fiat vi nature siue
vi sinthomatis a principio particularibus conuenientibus forti
existente natura facienda est phlebotomia. Multi autez in distin
ctione signorum pleuresis ꝛ apostemate epatis decipiuntur: sed
discernunt. Epatis aūt apostema a principio est ad modum lune
nouelle cornibus depressis inferius. Item empici statiz extenuan
tur ꝛ discolorant. Itē in empicis magis tingit vrina q̃ in pleure/
si. Itē empici sanguinolentas habent egestiones:ꝛ vrinā sangui/

nolentā. Item empici sentiunt dolorē inferius magis q̃ pleuretic/
ci. In pleuresi dolor est pūgitiuus:in empimate magis aggraua/
tiuus. In pleuresi tussis est hūida:in empimate sicca. Differt autē
pleuresis a peripleumonia: q̃ in peripleumonia maior est cōstric/
tio anhelit⁹:ꝛ dolor aggrauatiuus: in dextro latere nulla adest
punctio:q̃ pulmo non est membrū sensibile. Item in peripleumo/
nia dolor sentitur in dorso ꝛ inter duas spatulas: in pleuresi non.
Item adest rubedo vel citrinitas in maxilis in peripleumonia: in
pleuresi non. Item in peripleumonia leuius iacet super dextrū la
tus vbi est apostema:in pleuresi econuerso. In peripleumonia lin
gua rubescit multū in principio:sed postea nigrescit. Item pleure
sis frequēter mutatur in peripleumoniā sed non ecōuerso aut ra/
ro. Item pleuresis sinistre partis est deterior q̃ dextre. Itez pleu
resis sinistre partis multotiens in peripleumoniā mutat:ecōuer/
so raro. Item pleuresis accidit in vere frigido ꝛ sicco. ꝛ ꝓpter po
tum aque frigide:ꝛ ꝓpter multā repletionez humor. In pleuresi
post phlebotomiā ꝛ clysteria fiat vnguentū ad pectus. ℞.mucilla
ginis:seminis citoniorū: se.altee.añ.ʒ.ß. mucillaginis ordei bene
cocti.ʒ.j.succi radicū lilij:succi yreos.añ.ʒ.ß.olei viol.olei amyg.
dulciū.añ.ʒ.ij.cere quod sufficit fiat vnguentū. Emplastrū ad pe/
ctus quod ponit super vnguentū. ℞.farine ordei.ʒ iiij.seminis li
ni:se.altee.añ.ʒ.j.flor camomille fenugreci.añ.ʒ.j.bullīāt in aqua
ꝛ fiat emplastrū ad pectus. Syrupus valens pleureticis. ℞.liq̃ri
tie raß.ʒ.j.ß.ordei mundi:passularū.añ.ʒ.j.iuiubarū numero.v.ca
pillorum veneris:recentiū violarū.añ.ʒ.ß.zuccari.lib.ß.fiat iulep.
Quando pleuresis est de materia mixta:sed magis phlegmatica
facta phlebotomia. ℞.syrupi iuiubarū.ʒ.j.ß.sumat duab⁹ vicib⁹
postea capiat de isto syrupo. ℞.ordei mundi: liquiritie.añ.ʒ.j.ß.
passularū violarum.añ.ʒ.ß.iuiubarū.x.numero:capillorū veneris
M.ß.dactylorum numero.ij.zuccari lib.ß.fiat syrupus aromati/
zatus cum puluere dyagragāti frigidi.ʒ.ß.Sumat de ista mixtio
ne. ℞.zuccari viol.buglossati:boraginati:dyapenidion.añ.ʒ.j.mi
sceantur ꝛ cooperiantur foliis auri. Unguentū ad pectus. ℞.mu
cillaginis seminis altee:mucillaginis:se.lini.añ.ʒ.j.olei camomil/
le violati:olei amygdalarū dulciū.añ.ʒ.j.cere quantū sufficit fiat
vnguentū pro pectore. Sumat de istis aquis quādoq̃ in die. ℞.
aque mellisse:aque buglosse:aque scabiose.añ.lib.ß.prassij.ʒ.iiij.
ponantur in infusione liquiritie.ʒ.ij.cum zucca.lib.ß. clarificetur.
Fiat postea talis syrupus. ℞.passula.liquiri.añ.ʒ.ij. iuiubarum:
sebesten.ana.numero.x.capillorum veneris:prassij hortulani.ana.
M.j.yssopi corticum radicum feniculi: petrosilij.ana.ʒ.ß.endiuie:

Unguentū ad pectus.

Emplastrum.

Syrup⁹.

Syrup⁹.

Mixtura.

Aqueadidem.

W.j.zuccari.ʒ.viij.fiat syrupus.

De cardiaca passione ⁊ sincteri. Caput.vij.

Ex traditione grecorum ⁊ latinorum. §.j.

Cor cui⁹ gratia oia ꝓstāt:in medio corpore collocat. Natura em̄ rem nobiliorē locis nobiliorib⁹ cōstituere solet:verū potius superius q̄ inferius:ac in parte priore q̄ posteriore:potiusq̄ ad leuā q̄ ad dextram nō sine ratiōe collocatū est:viscerū principale mēbrū q̄ in oibus aialibus cōspicit. Nā cor calorīs officina est vite mētisq̄ origo:sanguinis spiritusq̄ principiū. Sim̄ entis partiū primū sanguinolentū cōspicit:vt in ouis triduo incubatis pūcti magnitudine apparet. Formato corpe protin⁹ quasi alterū intus aial palpitare sentit thoraci. Cor sanguinis fons est ⁊ principiū calide humideq̄ nature:vt Auerroi placet:vel temperate si aristoteli credit. In corde vitalis calorīs: nutrimētiq̄ principiū habetur:irascētieq̄ sedes:pulmo ad custodiā id ambit vt straguluz tāta est visceris principalis reuerētia:q̄ inter oia mēbra solū vitijs nō macerat:nec vite supplicia trahit grauiora. Cordi vt inq̄t Aristo.nulla bilis appropinquare pōt:q̄m̄ illud affectū nullū patitur violentū:mortē ilico trahit lesum. Cor ipm̄ natura carnosum: ac musculosum in summo pingue sine osse:preterq̄ nōnullis aialib⁹ inuenit.vt in ceruoꝝ cordib⁹. A corde oēs vene maiores tanq̄ ex stipite oriri cernunt:q; in eo nulle vene sunt reliqua mēbra sanguinem nō habēt nisi in venis:tanq̄ in cōceptaculis. Et sanguis ex corde ad venas inde ad mēbra deriuat:in fibris aūt iecoris aquosa potius sanies apparet:nec sanguinis naturā hz nisi pri⁹ in corde acceperit. Arterieq̄ ad iecur nō peruenīūt: q̄m̄ cordis peculiares sunt. Cardiacus morbus appellat: q̄ ad tabē hoiem pducit: qd̄ Galen⁹ in simia sua dissecta psperit. Et dr a potes cardias a corde vel ab ore stomachi:qd̄ cardiā etiā greci vocāt. Seneca bibere ⁊ sudare vita cardiaci est. Syncteris est defectio animi:q̄ latine defectio dr:inde syntectici defecti. Lipotymici et lyposychisto morbo laborātes:aiaq̄ ⁊ spū deficiētes. Cordis tremor cōcussio multis sanis adolescētib⁹ ⁊ pubescētib⁹ pspect⁹ aduenisse: dolet his caput absq̄ alia ⁊ exteriore causa:⁊ hi oēs detracto sanguine subleuati sunt:⁊ pfecte quidā ab eo casu liberati sunt: attenuāte victu post sanguinis detractione vtētes:itidē medicaminibus. Noui inq̄t galen⁹ quēdā veris tpe lāguentē tremore cordis: triēnioq̄ vsum sanguinis detractionē: ⁊ adiutū: preuenisse aūt in sanguinis detractiōe q̄rto anno:anteq̄ in eū laberet casum : atq̄ deiceps plurib⁹ fecisse annis:vsum etiā victu cōgruo:verūtamen

De cordis tremoribus ex Galeno.

ipm̄ anteq̄ senesceret evita decessisse sicut ⁊ alij oēs. Quidā in febrib⁹ acutis statim in sincopē deuoluti itidē moriunt: aliq̄ vel citra sincopē appoplexie ritu statim vitā cū morte cōmutarūt:plures q̄ ita lāguēt etatē agētes minorē q̄nquaginta annoꝝ:plurīū certe q̄ quadraginta etatē alij nōvidēt. Nomē quidē aīe defect⁹ que lipothymia nūcupat:vnū est.causeꝗ multe: cureq̄ in q̄libet specie. Nūc de his tantū dicem⁹:quātū quispiā satis nosse possit: vbi cōfestim in paroxismis inciderit. Differt aūt lipothymia a sincope q̄ lipothymia quidē subito incidit sine sensu ⁊ imobilē efficit hoiem:ac nō oīno sudat. At sincope ⁊ vigilātib⁹ et delatis in somnū accidit:⁊ prius sudorib⁹ ex ꝓsuetudine dictis sincopē inuehit. Quib⁹ aūt a flaua bile os vētris oblesum est: labētib⁹ in sincopē pot⁹ frigidus est dādus:vinū quidē natura calidū citrinū tenue ac vetustū. Sūt etiā cause alie ex q̄b⁹ sincope fiūt:dolor ingēs vigilia: imoderata euacuatio.in delinquētib⁹ quoq̄ id est inuenire ⁊ principiū distēperātia:celerrima extinctio:abolitioq̄ est languēte cerebro.

Ex traditione penorū ⁊ arabū. §.ij.

Tremor cordis ex hūiditate est coadunata in circū santib⁹ cor pelliculis:hic morb⁹ fit sanis ⁊ infirmis dubito:cū hec hūiditas influit cordi. Si hūiditas sanguinea vel cholerica sit fit cū tremore cordis:⁊ calor ⁊ sitis ⁊ alt⁹ anhelit⁹ inest. Si ex grosso sanguine ⁊ melācholico:fit timor ⁊ tristitia ⁊ pigritia sine siti: aliqñ fit cardiacus morb⁹ cū necessaria cordi minuant:sicut sanguis subtilis ⁊ clarus ab epate egredīēs:qd̄ intelligim⁹ in epate:vel in locis vicinis infirmātib⁹ sicut in stomacho. Aliqñ humores coadunant in stomacho acuti pūgentes fortiter:vñ morb⁹ cardiacus nascit. Sincopis ꝗ est absolute defectio cordis ⁊ coadunatio totius sue virtutis in se:atq̄ ablatio fumi sui expellēdi. Impossibile em̄ est esse sincopim̄ sine passione cordis. Fit ergo diuersis modis.s.ex plenitudine nimia:vel multa inanitiōe: vel subita calorīs mutatiōe in frigidū:vel frigidi in nimia calorīs mutatione. Plenitudo em̄ fit vi ex hūorib⁹ tot⁹ corpis vl̄ sol⁹ stomachi vel intestinoꝝ vel matricis. Serapio. In specieb⁹ sincopis:q̄ accidit cū dolore quorūdā mēbroꝝ:ozvt sit studiū nr̄m de mēbro qd̄ est cā egritudinis:⁊ rectificatione ei⁹ cū.reb⁹ q̄ cōueniūt ei pter q̄ tardem⁹ in ꝓfortatiōe cordis etiā. Auicē. Et tremor quidē cordis qñ supfluit pmutat ad sincopim ⁊ qñ magis supfluit pmutat ad mortē. Et tremor cordis q̄ sanguine⁹ est: adiuuat coitu: ⁊ infrigidatio est ecōuerso. Et ad vltimū omnis medicina odorifera est cordialis. Sincopis est destructio maioris partis plurimū virtu-

Isaac tertio vatici. cap. xiij

Serapio secō breuiarij ca. xxvij.

Auicēna fen.xj.ter tij cāonis.

tum:scilz motiue ⁊ sensibilis. Causa sincopis qñqz est applicatio virtutis cõtrarie substãtialiter cõplexioni cordis ⁊ spiritus: sicut olfatus fetoris: ⁊ pestilẽtia aeris ex cadauerib⁹: ⁊ penetratione virtutũ venenoꝝ ad cor:⁊ qñqz ꝓpter arterias. Et etiã qñqz accidit sincopis causa vermium qui ascendũt ad os stomachi. Dolor autẽ facit cõtingere sincopim:q; superflue resoluit spiritũ ⁊ in fine propter vehemẽtiã infrigidatiõis cordis. Et debilitas oris stomachi:aut effusio rei ad ipsum:est causa sincopis illius qui phlebotomat. Et causa quare aliquis patitur in prima phlebotomia sui est:q; subitũ est quod nõ cõsueuit. ¶ Rasis. Egritudines cordis quas curari possibile est:sunt alteratio cõplexiõis anteqz cõfirmetur:⁊ tremor cordis:⁊ sincopis:⁊ dolor qui non cõfirmatur: ⁊ debilitas. Apostema ꝓ disruptio aut corruptio cõplexionis cõfirmate non sunt faciles ad curandũ. Et tremor cordis ꝓm plurimum fit cuz calore. Et cura eius est phlebotomia cephalee ex latere sinistro:⁊ dare in potu lac acetosuz: ⁊ trociscos de cãphora ꝓm q̃ dirimus. Et fit tremor cordis:raro tñ ex multitudine melãcholie in sanguine. ⁊ hec species tremoris cordis est nocibilior specierum tremoris cordis:et signa eius sunt corruptio cogitationis:et timor:⁊ siluestreitas:⁊ dispositio prima melãcholie que est ex dominio cholere nigre in sanguine. Et cura eius est id q̃ dirim⁹ in melancholia que est ex dominio cholere nigre in sanguinẽ. Confectio trociscoꝝ ad pulsum cordis. ℞. thuris.z.v. enule sicce.z.iij. succi calamẽti foliorꝝ rute. ana.z.ij. sisimbrij.z.iij. origani.z.j.ꝗ. ameos tantũdem detur in potu ex eo aureũ vnuz cum decoctione cimini. Sunt enim boni ad inflationẽ vẽtris:⁊ punctura venenosam. Confectio trociscoꝝ de musco ad pulsuz cordis sincopim hydropisim ⁊ extenuationẽ. ℞. masticis:xiloaloes crudi: cinamomi: gariofilorum:gallie:spice:nucismucate:cubebe: cardamomi: olei de cetro.aã. aureũ vnum:musci: ambre.aã.sextaz.z.vnius:fiant trociscum laesmes. Confectio medicaminis de musco ad pulsuz cordis ⁊ sincopim. ℞. masticis:cinamomi:xiloaloes crudi: gariofilorũ: gallie:spice:nucismuscate:cubebe:cardamomi: ciperi: squinanti: foliorũ citri:sansuci:sisimbrij:zinziberis:macropiperis: margaritarum:coralli:lacrabe:sete crude:folij indi:been: aã.z.x.musci.z.j. tertiam puri:aggregentur omnia cum melle myrobalanorꝝ:hebulorum conditorꝝ. Confectio de xiloaloes ad sincopim ⁊ vomitũ et coliricam passionẽ. ℞. thuris.z.iij. rosarum.z.xj. xiloaloes:gallie: gariofilorũ: spice:crete que comeditur decorasceni: spodij.aã.z.j. cubebe.z.j. fiant trociscí.

Rasis in lib. diuisionũ. ca. viij.

Confectio ad pulsum cordis.

Trociscí de musco

Medicamẽ ꝺ musco.

Confectio de xiloaloes.

¶ Ex traditione auctorum recentium. §.iij.

Humiditas frigida vel grossa ventositas quãdoqz colliguntur circa cor:quoꝝ collectio ad cordis constrictionem sua frigiditate operat:cor ꝓo sua caliditate apertionem intẽditz dilatationẽ:ex his cõtrarijs ergo causis fiunt contrarij motus et tremor: vnde si apponatur manus supra regionẽ cordis:sentitur tremor cordis cum saltu: et propter hoc appellat cardiaca tremens. Et aliquãdo colligit circa cor humiditas cholerica:vel fumus acutus : vnde resoluit humiditas circũquaqz:⁊ fit sudor cõtinuus in furcula ⁊ in pectore: ⁊ circa collum:⁊ hoc appellat cardiaca vꝑ aforetica:ex hac non sequitur defectio patiẽtis ⁊ nimia extenuatio: sic ergo fit quedam passio cardiaca de frigida causa:quedã de calida. vtrũqz tñ istoꝝ habet fieri a causis primitiuis antecedẽtib⁹. vt a causis remotis. Cause primitiue sunt accidentia anime dolores: potus venenosus:morsus serpẽtis. Antecedẽtes sunt morbus cõsimilis cũ materia vl sine materia:vl officialis vel cõmunis que sunt in solo corde:vel in stomacho:epate:splene:vel matrice. Morbus ergo similis cordis ⁊ aliorũ membroꝝ consimiliũ sine materia:aut erit caliditas:aut frigiditas ⁊ sic de alijs. Cum materia ꝓo aut erit sanguinea:aut cholerica:aut phlegmatica:aut melancholica:aut ex his omnibus mixtis. hec autem passio frequenter in febribus pestilentialibus accidit. Sincopis ꝓo est defectio virtutis motiue ⁊ sensibilis ꝓm maiorẽ sui partem. Huius autẽ passionis causa propinqua ⁊ immediata cordis est debilitatio:vel ꝓpter causam priuatam in ipso corde existẽtẽ:vel propter causam aliũde venientẽ. Ex hoc patet q̃ sincopis aliqñ est a causa antecedẽte vel primitiua. A causa primitiua sicut a fortibus anime accidentibus: vt a gaudio superfluo:tristitia:dolore:et ab horribili fetore: sicut a cadaueribus mortuorũ:⁊ lacunis:vel a loco ⁊ pestilentia aeris ⁊ similibus. Cause antecedẽtes sunt oppilatio: ⁊ vermes ad stomachum ascendẽtes:⁊ subita mutatio de loco ad locum materie: vt in squinantia pleuresi:⁊ peripleumonia:quãdo materie transferũtur circa cor. Item ꝓpter repletionẽ cerebri.vt in apoplexia. Item propter repletionẽ ciborũ vel potuum:vel ꝓpter superfluã euacuationem:vel propter pũcturã ⁊ morsum venenosorũ animaliũ. Sed talia magis ad causam primitiuã sicut timor in phlebotomia vel aspectus rei terribilis. Quibus autem facilius accidit sincopis: sunt infantes ⁊ decrepiti ⁊ cõualescentes. Sincopis autem confirmata curari non potest:quod significat viriditas faciei et conuersio:⁊ distortio. quanto autez diutius perseuerat sincopis: tanto deterior est ⁊ magis perniciosa:immo talis sincopis perpetua

Tremor autem cordis ⁊ sincopis in crisibus frequenter accidunt propter resolutionē fumorū ⁊ maxime dispersionē. vnde si virtus naturalis sit fortis: non est timendū: alioquin nō est sine periculo. Signa autem tremoris ⁊ sincopis eadē sunt in genere. In syncopi multo tamen sunt fortiora: qꝛ tremor cum fortificatur sincopim facit. Sincopis autē diuturna mortem infert. Sincopis cum nausea ⁊ abominatione ⁊ punctione in ore stomachi ex stomacho generatur. Quantū ad curā tremoris cordis: primo euacuent materie cōmunes superfluentes in viis ductuū: vt cum enematibus et potionibus: ⁊ primo cum enematibus mollitiuis ipsarum materierum ⁊ viarū ductuū incisiuis subtiliatiuis absterſiuis lenitiuis lauatiuis ⁊ eductiuis vt infra. ℞. foliorū blitis maluarū. añ. ℳ. j. mercurialis. ℳ. j. ℉. ordei excorticati ℥. j. florū camomille radicū altee. ana. ℳ. ℉. epithymi: arthemisie. añ. quartā partem: fenugreci: cartami. añ. ℥ ℉. ficuū siccarū albarū numer. iiij. vitellū ouī numero. j. casiefistule munde. ℥. j. benedicte. ʒ. iiij. ʒuccari. ℥ j. olei liliorum alborum. ℥. iiij. salis. ʒ. j. ⁊ fiat enema vt decet secundum artem. Istud enema sumat semel ante omnē medicinā. Lenitiuū per superius. ℞. casiefistule. ℥. j. tamaridorū succi viol. succi rosarū. añ. ℥ ℉. aque fumiterre. ℥ j. seri caprini quod sufficit pro potiōe misce. Istud assumat calidum in aurora: dormiat per mediam horā post. Alia potio lenitiua vt supra. ℞. mānne. ℥. ℉. prunorū damascenorū. ℥. ℉. syrupi violati. ℥. j. succi rosarū. ℥. ℉. aque fumiterre. ℥. j. seri caprini qō sufficit pro potione: capiat vt supra. Potio minoratiua. ℞. casiefistule: reubarbari electuarij indi maioris descriptionē Meiue: amota scamonea syrupi de bizantijs aque decoctionis iuniperi seri caprini quod sufficit pro potione reubarbarū infundatur in sero horis. xij. et dicte expressioni reliqua addantur: ⁊ fiat potio vt decet. Istud assumat in aurora diebus octo post lenitiuū suprascriptū. Aliud minoratiuum. ℞. pilularū de hiera simplici indarum fetidarum amota scamonea. ana. ʒ. j. agarici. ʒ ℉. salis gemme. gra. j. misce et cum electuarij indi sine scamonea quod sufficit fiant pilule. vij. pro ʒ. Scamonea non ingrediatur in passionibus cordis: quia multum inimicatur cordi. Istud assumat. vbi precedens non debite solueret. Diuersiuum. ℞. florum camomille: aneti: abrotani. añ. ℳ. j. seminis iuniperi. ℥ ij. rosismarini. ℳ. j ℉. fumiterre. ℳ. j. contundātur omnia grosso modo: deinde misce et bulliantur in sufficienti quantitate aque vsq̄ ad consumptionem tertie partis aque: deinde vsui reserua. Ista lotione calida post materie euacuationem lauentur crura qua vtatur bis in hebdomada: et ea die qua non vtitur lotione: vtatur fricationibus a genu infra stomacho ieiuno cum panno suauiter calido: ita vt non inducant violentiam. Digerātur dicte antecedentes cause: et materie phlegmatice ventosabiles et genite ex indigestione et proprie stomacho ⁊ matrice. Syrupus. ℞. syrupi de bizantijs de absinthio orimellis simplicis. añ. ℥. ℉. aquarum capillorum veneris apij fumiterre. añ. ℥. j. Assumat istum syrupum calidū in aurora diebꝰ continuis et hoc per sex dies post assumptionem solutiui post hunc syrupuz assumat sexto die syrupum eradicatiuum suprascriptum. Efficatius a matrice prouocentur menstrua phebotomijs ventosis cum scarificationibus subtiliantibus aperientibus prouocantibꝰ mēstrua efficaciter suppositorijs suffumigijs et ebibitis. Cōfortetur stomachus matricis splen et epar. Ad syncopim prouenientem ex quibusdam vaporibus eleuatis a partibus vesice. ℞. calamenti ruthe se. agni. castī aristologie rotunde diptami cimini anisi spice celtice. añ. ʒ. iij. ⁊ ponātur super sumen. Ad pulsum cordis expertum. ℞. melisse buglosse. añ. ℳ. j. ℉. corticum citri croci. añ. ʒ. j. gariofi. ʒ. ℉. ʒuccari albi lib. ℉. fiat syrupus. Confectio cordialis valde nobilis in debilitate cordis ex febre maligna. ℞. margaritarū. ʒ. j. ℉. hiacynthi. ʒ. ℉. cynamomi gariofilorū macis. añ. ʒ. j. limature auri et argenti. añ. ʒ. j. ʒuccari albi lib. j. distemperentur in aqua rosarum. ℥. viij. fiat confectio in tabulis cooperientur foliis auri. Confectio imperialis cuius proprietas est confortare cor: clarificare spiritum ⁊ sanguinē: hominem reddit hilarem confortat oia nutritiua mēbra et cerebrum et neruos: et subuenit casibus syncopis: ⁊ potest dari in omni etate ⁊ omni tempore: quia parum excedit in qualitatibus. ℞. rosarū liquiritie cynamomi se. cucumeris melonum cucurbite citruli. añ ℥ ℉. pinearum mundataruz infusarum in aqua calida passularuz. añ. ℥. j. fisticorum. ℥ ℉. candi. ℥. j. nucismuscate: gariofilorum: ligni aloes: blacte bisantie: masticis: sirici crudi: reubarbari electi. añ. ʒ. iij. folij. been albi ⁊ rub. se. ozimi: zedoarie: doronici: zinziberis: galange: calamenti: cardamomi. añ. ʒ. j. sandalorum alborum et rubeorum. añ. ʒ. ℉. fiat electuarium: qō possit sumi cum spatula cum ʒuccaro lib. iij. eliquatur ʒuccarum in succo boraginis et buglosse et maxime in estate ⁊ in hyeme pōt dissolui in vino optimo: et aromatizetur cuz musci ambre. añ. gra. ij. sed in estate sufficit gra. j. dosis eius est coclear vnuz paruū siue de mane ante cibum: siue in sero. Et istam confectionem scribit gētilis in tractatu de corde.

Enema.

Lenitiuū facile

Aliud lenitiuum.

Potiomi noratiua

Minoratiuum aliud.

Diuersiuum.

Syrupꝰ.

Cōfectio imperialis ad sincopim et cordis egritudines.

Finitur liber tertius.

¶ Liber quartus eiusdem aggregatoris ꝛc.

¶ De egritudinibus stomachi. Caput.j.

¶ Ex traditione grecorum et latinorum. §.j.

STomachus itestinorũ principiũ ē neruosus. A quo fit stomachoꝰ verbũ: qd ⁊ fastidio: et cuꝫ stomacho aliquid dicere vel facere dicimus: hoc est cum indignatione siue fastidio: et stomachosus ꝙ facile indignatur ac cũcta fastidit et stomachose fastidiose. Cõcoquit eñ stomachꝰ ⁊ immutat: patersfamilias vocitatus est: qꝛ totum aial solus gubernat. Hã si egrescat vita in ancipiti est. Inter lyenẽ ⁊ iecoris fibras ab vtroq; latere cõprehẽdit: supra infraq; inter dyaphragma et intestina medꝰ positũ hꝫ. Hunc in anteriori parte omẽtum a posteriori vene grãdes fouent. A superiori parte in sinistrã vergit: ab iferioꝛi i dextrã declinat: ita orificiorũ suorũ ratio exposcere videt: ob id atrã bilẽ in superiorẽ sui partẽ decurrentẽ: certo meatu a lyene assumit. In imam vero a folliculo fellis flauẽ bilem porro delatã accipit. Ventriculus in medio tumet: ac pendet qui mẽbranis tenuibus septo cõnectitur: lyeni: iecoꝛi: cordi: cerebroq; venis: arteriis: neruis: vnde in ictu: capitis sepe stomachi subuersio euenit. Exterior stomachi tunica carnosa stamineã venã in latitudinẽ ꝓtendit qua materia ciborũ subigitur: et a digestiõe supflua. dũ sese astringit: secernere dicit. Huic potãtie apocritica nomẽ est. Interior rursus tunica tactꝰ sensum habet vnde cibi apparẽtia ꝓuenit: exterior vero cibum potionẽq; mutat: ac cõfundit: ea vis a grecis alloetica vocat: cui reliquę obsequũtur virtutes. Stomachꝰ intꝰ denticulatꝰ est callo in modum rubi ad cõficiũdos cibos decrescentibꝰ crenis versus orificia: nouissima asperitas vt scobina fabri: ab iis fibre: q̃ ob similitudinem messenterice dicũtur: oriũtur: q̃ inter venã et neruũ naturã habent a quibꝰ humoꝰ attrahit: inde ꝓ maioꝛes venas ad iecur trãsmittit sed dũ cõcoquit stomachus nec sui ignarꝰ est: qm̃ in fame ac siti ꝓtinus humorẽ attrahit: ac primꝰ recreat. Stomachi ifirmitate aio deficientes q̃ cõfirmẽt: vt aphenicon et vino et farina: ⁊ croco: et aloe: et mastiche: aspliõibusq; ex absinthio ⁊ melino: ⁊ mastichino oleo: ⁊ nardino: ⁊ vino. At si stomachũ exurãt miscenda sunt: q̃ refrigerent: vt colocynthe succus: vel lactuce: vel portulace vel strychni: vel seris vel oxylapathi: vel omphacis: qui nõ solũ refrigerat: verũ etiã ob

Stomachi infirmitate aio deficientes q̃ vibus istaurentur.

struit: multũq; eos iuuat extremarum partiũ confrictio: qd si his meliꝰ habeãt conflagrãtes in lauacrũ statim' agẽdi sunt eis: q̃ frigus sentiat: aliquãtulũ diatriõpiperis dãdum est: aut ipsuꝫ piper albũ. Cũ aũt multa et frigida pituita in stomacho congesta fuerit ⁊ consequat exolutio: stomachũ aspergimus multũ oleo calido: in quo fuerit decoctũ absinthiũ: inde dãdum mellicratũ ⁊ ysopũ: vel aliquid simile in ipsum inuergẽdo oxymelle: et pipere: et diatrion piperis aut diospopoliticũ medicamẽ: cunctaq; in victu: q̃ vim secãdi habeãt. Si stomachus fuerit infirmus: sunt supimponẽda q̃ possint ipsuꝫ cõfirmare: qualia sunt dactylorũ ⁊ vini ⁊ farine: ⁊ croci: ⁊ mastiches: ⁊ aloes inuergẽdũq; ex absinthio: ⁊ melino: ⁊ mastichino: ⁊ nardo ⁊ vino: ⁊ amisceãtur refrigerãtia vt colocynthe succus et lactuce: ⁊ portulace: et strychni: et intibi et omphacis. Quod si inflãmatũ aliq̃d circa precordia appareat ammiscendum etiã inuergẽdo: qd̃ sedet: vt ex oleo chamemelino ⁊ cyprino adipe galline: vel anseris ⁊ bdellio vel amoniaco: et id genus aliis in cataplasmatis et apij semine et telis et altee et chamemele floris: q̃ cõposita vim habeãt parãdi tenuitate sua ⁊ amaritudine et cõtractione. Medicamen faciẽs ad inflationẽ ⁊ languorẽ: ⁊ cõiter oẽm stomachi dolorẽ: succi papaueris albi.ʒ.iij.piperis castoriij. añ.ʒ.j. petroselini.ʒ.iiij.nardi syriaci.ʒ.j.terito in puluerẽ potũ prebeln cubili: ⁊ ad cubile q̃ bene valẽt plus dato: doloris expers est: et facit cõcoctionẽ in primis celiacis mulieribus: necnõ viros celiacos inflationes et cruditates: et febriũ: et hypochõdriorũ dolores: et incruditatũ: febres ⁊ tusses: laterũ dolores: ⁊ spasmata: et vbi opus sit citare vinã. Alia antidotꝰ optima. Nardi spice piperis. añ. ʒ.j. casiefistule costi. añ.ʒ.iij.da ex aqua noctu: facitq; nõ solũ stomacis: sed etiã epaticis: et nephreticis ⁊ audacter vtere. Aliud presentaneũ remediũ pluris experiẽtie. mãsum heleni.ʒ.iiij.marathri se.ʒ.iij.piperꝭ.ʒ.iij.petroselini se.ʒ.j.mellis attici crudi optimi lib.ij.qd̃ si nõ habeat alteriꝰ dispumati. Ego aũt adieci heruce semen ad.ʒ.ij.et oino successit egregie. Aliud stomachũ: petroselini macedonici: se.cumini.añ.ʒ.iiij.capitur a ieiuno. et in vespera cũ pauco vino diluto. Hec alexan. Item stomacho frigido iuniperi se.piperis. añ.ʒ.ij.gingiberis.ʒ.iiij.petroseniii.ʒ.j.mellis quãtum satis sit vtere. pro melle saccarum adieci.

Si ob pituitam in stomacho congleba tam anima deficiant.

De cura stomachi.

Ad inflationes stomachi.

Aliud ad idem.

Ex alexãdro.

¶ Ex traditione penorum et arabum.

STomachus in duas diuidit sectiones: scꝫ os stomachi et concauum eius. et inter vtrãq; est differentia in substantia et actione. quoniã os stomachi est plures habẽs

Serapio tertio breuiariij. c.j.

numeros et plures sensus. In actione quidem quoniam quãuis ambe diuisiones simul has duas efficiãt actiones scz appetitiuã ⁊ digestiuã. Nam magis ꝓprium interiori parti stomachi est digestio: et magis ꝓpriũ oris eiꝰ est appetitꝰ: et interiori eiꝰ est etiã appetitus. verũtñ est minor appetitꝰ oris stomachi: et os stomachi digerit: verũtñ minus q̃ interior pars. Hoc aũt membrũ infirmatur egritudinibus multis cõiter et proprie. Cõmunes aũt sunt sicut reliquorum mẽbrorum similium partiũ et officialium et solutio imparis. Et accidũt in eo caliditates: qñ infirmatur ꝑ malicĩã cõplexionis. Qꝫ aũt accidit in eo ex egritudinibꝰ officialibus est sicut flegmon: aut apostema phlegmaticũ qꝫ ꝓ molle: aut apostema melãcholicũ: aut almesira: aut solutio cõtinuitatis sicut icisio aut foramen. Et iste egritudines quidem cõmunicãt stomacho ⁊ aliis membris. Que vero stomacho et ori eius sunt proprie destructio digestionis: et eiꝰ diminutio et malicia: et destructio appetitus: et appetitus caninus et singultus et nausea: vomitus: et quibusdã aduenit sincopis proportionata ad stomachũ ꝓpter lesionẽ oris stomachi et cõsequitur eos spasmꝰ: et subeth: et epilepsia: et inẽtudo. Et nos quidẽ iã vidimꝰ quosdã febriẽtes: quos cõsecutus est spasmus subito: preter qꝫ appareat in eis aliqua significationum quibus significaretur illud postq̃ ergo euomuerunt choleram euaserũt statim verũtamen oẽs iste egritudines nõ accidunt nisi quãdo alia ledũtur membra: et leditur stomachus lesione eoꝝ et appetitus cõmedendi lutum et carbones ⁊ que sunt illis similia plurimũ accidit cũ lesione membri. Et fortasse putrefit aliquid in stomacho: et facit accidere paucitatẽ delectationis ⁊ nauseam: et fortasse adheret in stomacho humor in pãniculo itrinseco eiꝰ sillis glutino: et facit accidere sincopim. et fortasse natat et attrahit vomitum. ¶ Constãtinus. Incipiamus a meri quod ab ore cibus ad stomachum ducit. Istud meri magnũ iuuamentuz est corporis: cũ illi. viatici portet cibũ ad stomachum et potum. et patitur tribus modis: vel ex mutatione cõplexionis: vel ex apostemate vel ex vulnere. vnde eius actio mutatur et transglutiẽdi vsus auferꝯ. Desiderũ cibi ⁊ potus esse intelligimꝰ sensum stomachi exinaniti in venis receptaderiuz ex sugentibus. Corruptio desiderij fit tribus modis. Ex humoribus constanti crudis vel cholericis oris stomachi dominantibus. vel ex ablatione virtutis desiderabilis et sensibilis mortificatione sui. vel ex corruptione mẽtis appetitũ nullius cibi necessariũ intelligẽtis. Appetitio canina tribus modis fit. vel ex frigida cõplexiõe oris stomachi ex cõ dñante vel ex acidis humoribus ibidem coadunãtibꝰ. vel ex vinitatis exinaniẽdi: quã patiꝯ vis corpis ex frigida cõplexiõe de alio acido humore. nimiã seq̃ solutionẽ est videre: vñ corpus debilitaꝯ: ⁊ plusq̃ digerat mãducat: oris eñ digestio ex calore fit temperato vel nimio. Cũ ergo aliqs hac laborat ifirmitate: qꝫ caret calore plusq̃ digerat põt mãducare. Cũ eñ ex defectione cõtigit ꝓtutis ꝓtẽtiue qꝫ mãducaꝯ in stomacho nõ digeriꝯ: sed fere sicut intrat crudũ ⁊ indigestũ: itidẽ emittiꝯ ꝑ secessum. Et aliqñ q̃dam homines appetũt irrõnabiliter: sicut cretã lateres carbones: ⁊ sillia corpus nõ adiuuãtia: ⁊ hec sepe fiunt in mulierib⁹ frigide nature: ⁊ pregnãtibus maxime: qꝫ fit ex malis ⁊ putridis humoribus stomachũ inuiscãtibꝰ: vel ex aliis mẽbris ad ipsum cõfluẽtibus: sicut mẽstrua in mulierib⁹: q̃ dũ cõcipiũt ipsaꝝ mẽstrua ad stomachuz veniũt. Diuersitas huiꝰ appetitꝰ fit q̃litates humorꝝ ĩ stomacho se coadunãtiũ ꝓsideraꝯ. Et aliqñ rursus bibẽdi auferꝯ appetitꝰ: qꝫ siliter tribꝰ modis efficiꝯ: vel ex nimijs ⁊ humidis humoribus stomacho dñantibus: vel ex defectõe ꝓtutis sensibilis: vel ex corruptõe mẽtis. Aliqñ sitis augmẽtaꝯ ex cõplexione calidoꝝ hũorũ mẽbroꝝ pectoris dñatiua vel epatis siue ex apostematibꝰ calidis in eis. Et aliqñ fit eructuatio extra tpamẽtũ nature: cuius cãvẽtositas inflatiua est q̃ ꝑ os expellit natura. ventositas hec ẽ ex stomachi defectione. ⁊ stõachi defectio est ex mala cõplexiõe: vel quorũdã hũoꝝ dñatione. Si hũores sint calidi fumose ructuabiꝯ si frigidi acide. Acida ructuatio q̃tuor ex cãis est: ex frigiditate stomachi: vel ex adunatõe cibi: ⁊ multitudine sui: vel ex natura frigidissima. Uniuersaliꝯ cã ructuãdi ẽ ex defectõe caloris in stomacho: ne cibo dñeꝯ ⁊ digestioni: sicut videmus in paruo foco si multa ligna ⁊ viridia appõamꝰ. Aliqñ aũt fit singultꝰ: q̃ malus ẽ motus ꝓtutis desiderantis expellere rẽ nociuã: q̃ multis modis fit. De repletiõe: ⁊ de inanitione: de corruptione cibi infra stomachũ ⁊ sui ꝑmutatiõe in pungitiuas q̃litates: de frigiditate oris stomachi: de vẽtositate inflatiua stomachi ex repletiõe: vl ex multis humoribus humidis: vel ex multitudine potꝰ ⁊ cibi. Et q̃cũq̃ continuã vult custodire sanitatẽ stomachũ custodiat: ne sibi necessariũ cibũ ꝓhibeat: neq̃ plus det q̃ digerere valeat. Antiqui paruz comedere preceperũt: vt calor naturalis dñeꝯ sue digestioni. Si eñ comedamus hec q̃ calor naturalis neq̃at digerere: fastidiũ gñaꝯ. Fastidiũ magnũ est nocumẽtũ ad sanguinẽ corrũpẽdũ: ⁊ morbuz generãdũ. q̃ si sit ex malis cibis grossis generãtibꝰ chimos grossos: morbi duri ⁊ diuturni generanꝯ. Et cũ hõ anteq̃ cibum accipiat aboiationem patiaꝯ: mali chimi in stomacho esse intelligunꝯ q̃ si sint in spaciositate stomachi facile cuz vomitu pñt expelli. Si conclusi in suis pelliculis abominatio fit inde: neq̃ vomituz facit.

Constãtinus lib. c. j.

De cantino appetitu ex cõdñante

De irrõnabili appetitu ex ꝓstãtino.

De defectu appetendi potũ ex constantino.

De siti.

De eructuatiõe.

De singultu.

De fastidio.

De aboiatione.

qꝛ humores illi inclusi sunt ⁊ inuiscati oꝛi stomachi si sint calidi ge
nerant sitim. ⁊ fumose faciunt ructuari. si sint frigidi appetitus ni
mius fit sine siti. Et bonuꝫ est corpoꝛi si vomitus non necessarius
sibi sit: ⁊ si necesse habeat vt secundum crisim fiat. Est autem vo
mitus cum os stomachi moueatur in expellendis eum grauan
tibus vel pungentibus cibis: siue humoꝛibus: aliquãdo fit vomi
tus ex stomachi defectõibus: cum retinere cibos vel humores nõ
valeat quos natura sursum eleuat: cũ pars stomachi inferioꝛ ore
sit fortioꝛ: vel inferius natura deprimat. cum os stomachi sit foꝛ
tius parte inferioꝛi. Et in stomacho aliqñ est inflatio: que est aer
non coctus frigidus ⁊ grossus nascens proprie in stomacho de
inordinata dieta. Aliqñ in capite fit vẽtositas: qꝛ venti motio na
turaliter petit superioꝛa: nascitur ⁊ tunc in toto corpore maxime
in hydropicis. Est aũt inflatio vel de humoꝛibus crudis: vel me
lancholicis: sed differunt adinuicem: qꝛ de crudis humoꝛib⁹ mol
lis ⁊ humida. de melãcholicis sicca ⁊ dura. ¶ Auicenna. Stoma
chus nutritur tribus modis: vnus est quo fouetur cibo adhuc in
eo existente. Et secũdus est eius quod ad ipsum venit de nutrimẽ
to in venis. Et tertius est eius quod ad ipsum effunditur tempo
re famis vehementis ab epate ex sanguine rubeo puro ⁊ nutrit
ipsum. Et vsus medicinarum ⁊ vt assuescat stomachus vti adiu
torio medicine in operationibus suis ex causis est egritudinũ sto
machi. Et stomachus quidem vehementis sensus paratus est le
di ⁊ impediri a qualibet causa generatiua humoꝛuꝫ: ⁊ non est ali
quid ita vapoꝛosum vt fructus. Et scias q egritudines stomachi
qñ prolongant: perducũt ad raritatẽ texture villoꝝ eius: ⁊ fit dif
ficile succurrere ⁊ medicari. Cunꝫ autem bonitas adest gustus:
⁊ est sanus non eligit sapoꝛem supra dulcem. Et plurime egritudi
nes stomachi sunt frigide: ⁊ coloꝛ stomaticoꝛũ est plũbeus. Malic
ciã cõplexionis calide stomachi significat sitis: nisi supfluat ⁊ deij
ciat fꝛutẽ. Et malicia cõplexionis frigide stomachi qñꝫ pducit
ad hydropisim ⁊ iliacam. Et cura malicie cõplexionis in qualita
tibus actiuis facillima est: qꝛ facillime inuenimus medicinas con
trarias eis vehementis fꝛutis. In passiuis ꝯo est difficillima ⁊ p
prie cõplexionis sicce. Et cũ materia egritudinis stomachi est am
bigua: tunc nõ est qõ magis ꝓferat ꝯ hierapicra: sed cũ eius ma
licia est sine materia: tũc ipsa nocet calido ⁊ sicco. Et qñꝫ positio
ventosarum sup stomachum in doloꝛibus frigidis maximũ affert
iuuamẽtum. Et aloe quidẽ est conueniẽs in euacuatõibus stoma
chi. Et scamonea est nociua stomacho ⁊ inimica ei: non igit aude
as dare ipsam nisi cum necessitas adest. Et aqua ferri mineralis

De vomitu.

De inflatione stomachi.

Auicen. fen. xiij. tertij.

aut in qua extinguit ferrum ignitum multotiens est adunatiua
stomachi humidi hoꝛis. Et scias q debilitas stomachi fortasse est
causa oꝛium egritudinũ coꝛporis. Et deteriꝛ debilitas stomachi
est illa que cõtingit in rarificatiõe texture villoꝝ eius. Et frigus
quidez vehementius ptinet ad appetitũ. Et oia olea ⁊ vncuosa
⁊ pprie butyrum ,psternunt appetitum. Et fames ꝓm plurimum
est a supfluitate caloꝛis in coꝛpore toto ⁊ extremitatibus ei⁹. Qñ
q fit fames pp vermes ⁊ serpentes magnos: cũ cito incipiunt ve
nire ad comesta: ⁊ appropinquant eis: ⁊ dimittunt coꝛpus ⁊ sto
machũ famelica. Et multotiẽs caninus appetitus pducit ad bo
limũ ⁊ subeth ⁊ mortem. Et est bolismus fames vaccinna: ⁊ est fa
mes membroꝝ cuꝫ satietate stomachi. sunt igitur mẽbꝛa famelica
valde indigentia nutrimento: ⁊ stomach⁹ respuens ipsum. Et sci
as q digestio est fundi stomachi: ⁊ appetitus oꝛis eius. Et quo
ties festinat digestio festinat descensus: ⁊ si tardat: tardat. Et cũ
medicaueris apostemata calida stomachi. tũc caue ne in potu su
mas solutiuum forte: aut qõ vomere facit: nam administratio vo
mitus eꝛroꝛ est. Et ille qui vomit sanieꝫ ex stomacho suo est ad
desperationẽ ꝓpinquioꝛ quã ad spem. Et subuersio stomachi est
motus expulsoꝛis: cui non associat motus expulsi. Vomitus vero
est vt associetur motui facto ab expulsoꝛe motus expellẽdi ad ex
teriꝛa. Et nausea est dispositio stomachi que quasi suscipit hos
motus: ⁊ est quasi declinatio ad hos motus. Et vomitus q̃dem
sanguinis cũ egredit a necessitate portendit mortẽ. Et vomitus
q̃dem purus est malus cholericus quidẽ significat supfluitatẽ ca
liditatis: ⁊ phlegmatic⁹ superfluitatẽ frigoꝛis simplicis puri. Et
vomitus diuersoꝝ coloꝝ deteriꝛ est nigro. Et sanioꝛ quidẽ vo
mitus est pmixtus medius in grossitate ⁊ subtilitate. Singultus
est motus diuersus cõpositus. sicut spasmus constrictiuus cũ ten
tione dilatiua in oꝛe stomachi aut in toto coꝛpore eius: aut meri:
⁊ est motus debiliꝛ motu vomitus ⁊ quasi motus ad vomitũ de
bilis. Et si hõ habuerit singultuꝫ ex materia ⁊ accidit ei in seipso
sitis eius singultus resolut. ¶ Rasis. Egritudines stomachi sũt
debilitas digestiõis: ⁊ malitia istumbiẽ paruitas appetitus: ⁊ su
perfluitas eius ⁊ doloꝛ qui cõmouetur post comestionem: ⁊ vomi
tus eius qõ comeditur: ⁊ apostema ⁊ vlcera.

Rasis in li. diuisionũ. ca. lix.

¶ Ex traditione auctoꝛum recentium. §. iij.

Stomachus diuisus est in duas partes. Prima dici
tur os stomachi: id ẽ meri siue ysophagus. Secũda
vero inferioꝛ eius ẽ concauitas. Hẽ aũt partes diffe

runt inter se:scz in substantia ⁊ actione. In substantia:qm̃ os stomachi idest substantia meri magis est lacertosum ⁊ neruosum. Concauitas vero stomachi est magis carnosa ⁊ minus neruosa. Et hoc sic itelligē:qꝛ in meri minus est de carne ⁊ plus de neruo ⁊ ligamento ex quibus est lacertus. In concauitate vero stomachi minus est de ligamentis ⁊ neruis:⁊ plus de carne:⁊ q̃to plꝰ descendit tanto plus caro augmentatur propter digestionez. In actione vero differunt:qꝛ q̃uis vtraq̃ pars digestionem efficiat: ⁊ appetituz:pars vero superiꝛ plus habet de appetitu: ⁊ minus de digestione. Concauitas econuerso. Et qm̃ lacerti qui mouent meri ad attrahendū:ortū habent a primis spondilibus colli:⁊ dicunt longitudinales:qꝛ per eos fit attractio:⁊ actio transglutiendi que est naturalis actio ipsius stomachi. Vomitus aūt non est actio naturalis:imo fit per quosdam lacertos:q̃ nō sunt ītra substantiā meri:sed sunt in quadam pellicula exterius ipsuz inuoluēte:⁊ dicunt latitudinales:p illos enim fit expulsio superfluī illuc decurrentis. Passiones aūt meri siue oris stomachi multe sunt ⁊ diuerse:vt est defectio transglutiendi:coꝛruptio appetitus vel desideriī:caninus appetitus:bolismus. ablatio appetitus vel irrationalis:doloꝛ precordiorum:sitis:singultus:vomitus:eructuatio:natatio cibi in ore stomachi. Passiones ꝓo partis inferioris stomachi sunt:eructuatio:singultus:fastidium:abominatio:vomitus:inflatio stomachi. Cū ergo vtraq̃ pars stomachi diuersas passiones incurrat:primo dicemus de aliquibus passionibus meri. Nam de oibus dicere mare esset magnum. Incurrit ergo meri morbos cōsimiles ⁊ officiales ⁊ cōes:sicut oia genera apostematum ⁊ oppilationes:qm̃ coarctatur a spondilibus colli dislocatis aut propter apostema membri circunstantis:aut ꝓpter supfluum fluxum sanguinis. hec enim omnia impediunt officium transglutiendi:⁊ insuper nocumentum accidit in lacertis latitudinalibus que ēt adiuuant illam eandem opationē:ex eo q̃ longitudinales attrahunt supius: latitudinales ꝓo inferius comprimunt. Harū passionū cause p sua signa inuestigant. Signa aūt morboꝝ consimilium p se patent pp accidentia malaꝝ cōplexionum. Apostemata vero tactu vel visu cognoscuntur:vel per sua signa. Coarctatio aūt ꝓpter dislocationez spōdiliū p doloꝛē colli manifestat. Destructio seu ablatio appetitus eiusq̃ diminutio:seu famis que est �means Galenum cibi indigentia:seu desideriuz calidi ⁊ sicci:sicut sitis est indigentia potus:⁊ desideriuz frigidi ⁊ humidi: cuius organuz os stomachi natura instituit sunt mote:sunt eēm species nocumenti appetitiue actionis. Electuarium cum aqua citonioꝝ:q̃

Contra defectum appetit⁹.

facit appetere cibum. ℞. aque citonioꝝ lib. iij. mellis lib. iij. aceti fortis lib. j. ℔. decoquantur super prunas ⁊ accipe spumaz eius deinde sumantur zinziberis. z. iiij. trium piperū. añ. z. ij. ℔. terantur cuz predictis:⁊ decoquatur donec dat sicut substātia mellis: ⁊ detur ex eo coclear vnum:deē in ieiuno ante prandium p duas horas Trifera mundificans stomachuz a cholera ⁊ phlegmate ⁊ soluit ventrem cū facilitate:⁊ facit appetere cibum. ℞. myrobalanoruz citrinorū kebulorum emblicoruz ⁊ bellericorū añ. z. x. liquiritie rase. z. v. turbith albi mundati. z. vj. zinziberis. z. iiij. cinamomi heil: añ. z. ij. terantur ⁊ cribellentur: ⁊ liniant cum oleo de amygdalis dulcibus:⁊ confice cum melle:⁊ deē ea potio ītegra. z. iij. aut. iiij. cum aqua calida. Medicamen expellens appetitum bolismi. ℞. cardamomi maioris:cubebe añ. partē. j. zuccari albi partes. iij. dosis sit aureus. j. Pilule educentes phlegma acetosum de stomacho:conuenientes appetitui canino ex frigiditate cū humoris vitio acetosi. ℞. turbith albi ⁊ mundi agarici añ. z. j spice. ℥. j. confice cum oximelle squillitico:⁊ denē. deinde deē dyatrionpipereon dyaciminum qꝛ digerit ⁊ consumit humorem acetosuz:⁊ alterat discrasiā stomachi frigidaz. Cū vero adest fluxus:qꝛ est plurimū tunc conuenienz est confectio electuariī elephāgine:qꝛ fit in tempore estatis. Cibus aūt expertus est ex raphano vitellis ouorum ⁊ vnctuosis ⁊ pinguedinibus multis:consumit humores: aufert discrasiam frigidā:⁊ sensum obtundit seu appetitum. Electuariū curās caninū appetitū:⁊ coꝛruptū ꝛsideriū. ℞. Passulaꝝ enucleatarū. z. vj. cupulaꝝ glandiū. z. ij. ℔. anisi. z. iij. mirrhe myrobalanoꝝ nigroꝝ emblicoꝝ ⁊ bellericoꝝ añ. z. vij. scorie ferri ifusei aceto exciccate ⁊ torrefacte. z. viij. cardamōi maioris cubebe añ. z. ij zuccari tabarzet qꝛ sufficit. dosis est. z. j. cū aqua antos stomacho ieiuno. Pilule preseruantes stomachū ab omni lesione intrinseca: nec pmittūt putrefieri humores in eo:imo abstergūt ⁊ mundificāt rugas ⁊ parietes:⁊ q̃ assiduat vsum eaꝝ diebus singulis pmanebit illesus a doloꝛibus stomachi. nec a doloꝛibus capitis vexabitur vnq̃:⁊ nihil est oculis salubius ⁊ est medicina matricis viciose. ℞. masticis. z. ℔. aloes electi. z. x. agarici boni. z. iij. cōficiant cū succo altilie vel cum succo bethonice. dosis est. ij. pilule vel. iiij. qm̃ iturdormitū. ⁊ pñt recipi ꝑm modū volūtariū vsq̃ ad. vij. aut. ix. vel. xj. Electuariū confortans coꝛ cerebrū ⁊ totū corpus: prouocat menstrua:⁊ est expertum contra putrefactiones in stomacho:⁊ subuenit apostematibus stomachi: nec patitur aliquam putrefactionem in eo. ℞. trium piperum añ. z. j. gariofilorum. z. ij. aristologie longe zedoarie violarum bethonice añ. z. iij. salis gemme. z. ij:

Trifera faciēs appetere cibum.

Pilule cōuenientes appetitui canino.

Electuariū curās caninum appetitū

Pilule p̄seruantes stomachū ab omni lesione.

Electuariū cōtra putrefactiones stomachi.

myrrhe electe ad pondus omniuz. Confice cum syrupo de spica.

Medicamen in siti vehementi.

dosis est a.z.℥.vsqz ad.z.j.℥. Medicamen impatoris in siti vehemēti. ℞. aquam frigidam z irrora desuper acetum album purū quātū tolerare poteris: z da bibere stomacho ieiuno quantum est cupa. Item epithimetur stomachus cor z epar ex puluere camphore sandalorum cum succo rasure cucurbite: aqua rosarū z pauco aceto: z cataplasmetur cū foliis salicis vitis in aqua rosata. Item fiat iulep de succo limonū: vel de cucurbita: z teneat in ore crystallum.

Syrupus extinguens sitiz.

Syrupus extinguēs sitim. Syrupus extinguens sitiz ex causa calida z sicca. ℞. cicoree endiuie epatice lupuli boraginis acetoselle añ. ℥.j. violarum rosarū: floz nenupharis z cucurbite lenticulaz aque floz vue. añ.z.vj. ordei mundi. ℥.j. prunoz sebesten iuiubaz añ. numero. xx. seminū, frigidoz añ. ℥.j. psilij integri se. citoniorum z añ.z.vij. zuccari albi lib.j. succi granatorum muzoz lib.℥. camphori. ℈.℥. croci gra. v. sumat cū aqua frigida.

Electuarium confortans stomachū.

Electuariū cōfortans stomachū. ℞. galange nucis muscate: cardamomi añ.z.iij. anthos. ℥ ℥ menthe habasce. añ.z.iiij. syrupi de corticibus citri quātum sufficit.

Cerotum filij zacharie confortans stomachum.

Cerotum filij zacharie confortans stomachum. ℞. cere munde. ℥.iij. terebenthine. ℥.ij. ℥. olei nardini. ℥.ij. liquefac eas: z superasperge puluerem. ℞. myrrhe masticis aloes añ. ℥.j. rosarū.z.vj. peonie castorei añ.z.ij. anisi.z.v. calamēti.z.vij. gariofilo. nucis muscate cardamomi calami aromatici reupontici añ. ℥.℥. Confice vt bene stomacho adhereant.

Pilule restringentes vomituz.

Pilule restrigētes vomituz. ℞. myrrhe masticis: sanguinis draconis añ.z.ij. anthere.z.j. confice cum succo mēte: z da mane z sero.

Syrupus de berbis. Ad vomitū ifantū

Syrupus de berbis. Ad vomitū ifantū. Confectio syrupi de berberis conueniens ad idem. ℞. berberis spodij añ. ℥.℥. vue acerbe. ℥.ij. cicoree. M.℥. zuccari lib.ij. z da ieiuno stomacho cum aqua masticis.

Casus notabilis in debilitate stomachi z caliditate epatis.

Casus notabilis in debilitate stoma/chi z caliditate epatis. Ad vomituz infantum. ℞. succi citoniorum z mente: vini pontici añ. equales partes: fac bullire: z misce in eis masticis: corticum thuris añ. ℥.℥. spice cinamomi gariofili nucis musca. gallie musca. añ.z.ij. z infusa birra scarlete bene calida applicetur.

Digestiuum.

Contra debilitatem digestiue stomachi z consequenter epatis z renum caliditatem vbi sunt hec accidentia. videlicz debilitas digestiue stomachi frigida phlegmatica: dolor assiduus quasi quedam ventositas in eo generata que sepe z minuit z augmētat: epatis caliditas excessiua complexionalis magis cz materialis. descensus humiditatis siue catarri a capite: dolor in eo aggrauatiuus ex causa frigida: inflāmatio renū compositionalis magis: dolor in eis ex causa eadem. In tali casu valent remedia sequentia. Digestiuum facile. ℞. syrupi de absinthio. ℥.j. mellis rosati colati. ℥. ℥. aquarum absinthij. ℥.℥. cicoree capillorum veneris añ. ℥.j. ℥. misce.

Assumat calidum z non tepidū in aurora decem diebus continuis: stet postea ieiunus horis tribus: dormiat desuper horis duabus.

Solutiuū facile.

Solutiuū facile. ℞. pilularū elephanginarū de reubarbaro agarici electi. Agaricus minutim incisus in frusta ponat in infusione oximell. simpli. per horas. x. deinde ex ipso cum alijs fiant pilule. vij. pro.z. istarū pilularū accipiat vsqz ad quinqz: aut tres in mane in aurora z hoc in capite quinqz dierū: ita q cum assumpserit. v. diebus de syrupo accipiat pilulas: deinde alijs. v. vicibus accipiat de syrupo vt supra: z demū de pilulis.

Confectio stomachi z epatis cōfortatiua.

Confectio stomachi cōfortatia. Confectio stomachi z epatis cōfortatiua. ℞. specierū dyarodon abbatis aromatici rosati descript. gabrielis. añ.z.ij. ℥. zuccari albissimi. ℥.xij. fiat confectio solida in morsellis.z.iij. pro morsello cum aqua absinthij z endiuie: accipiat omni die vnum morsellū in aurora: z de sero ante cenam per horā aliū: z sic continuet. viij. diebus iteratis illis duabus purgationib9 dictis supra.

Unctio stomachi confortatiua.

Unctio stomachi cōfortatiua. Unctio stomachi confortatiua. ℞. oleorum masticis. ℥.j. absinthij. ℥.j. ℥. citoniorū aneti. añ. ℥.℥. pulueris absinthij: masticis: menthe. añ. ℈.j. gariofi. ℈.℥. calami aro. ℈.j. galliemusca. ℈.℥. cinamomi. ℈.j. corallorū rub. coriandroz preparat. añ. ℈.ij. z cū modico cere fiat vnguentū pro stomacho. vnguatur stomachus mane z sero ante pastum horis duabus: supponat deinde pānus calidus: hac vnctione vtatur facta prima purgatione.

Epatis vnctio confortatiua.

Epatis vnctio confortatiua. Unctio epatis confortatiua: z eius caliditatis remissiua. ℞. oleorū de spica. ℥.j. rosati. ℥ ℥. pulueris sandaloz rub.z.j. spodij. ℈.ij. et cum modico cere et aceto fiat vnguentū. vnguatur epar vt de stomacho dictum est: z superponatur petia non calida: sed tepida. precedant tamen hanc vnctionē purgationes dicte.

Pilule cōfortatiue

Pilule cōfortatiue. Pilule stomachi confortatiue: z caliditatis epatis remissiue. ℞. trociscorū de spodio.z.j. trociscorum de rosis descrip. Mesue.z.ij. cum syrupo de absinthio fiant pilule. viij. pro.z. postqz complete fuerint purgationes z confectiones dicte. incipiat vti his pilulis diebꝰ decē cōtinuis quinqz in aurora: stetqz ieiunus horis tribus: z dumvadit dormitū longe a cena accipiat tres.

Stomachi z epatis confortatiuū.

Stomachi z epatis confortatiuū. Stomachi z epatis confortatiuū. ℞. summitatum absinthij quod sufficit pro rasiolo passularū ad corinthios tantūdem pulueris masticis coriandroz preparatoz: endiuie añ. quantū libet: absinthiū minutim incidatur z non pistetur: deinde omnia simul incorporent: et fiat cum pauco paste subtilissime rasiolus.

Unctio ad renuz caliditatem.

Assumat de hac mixtura octo diebus continuis mane et etiam post ipsius absumptionē capiat vnum cochlear passularuz ad corinthios: deinde sumat vini mediocris caloris. ℥.iij. deinde stet ieiunus horis tribus: postea prandeat. Unctio familiaris ad renum caliditatē excessiuā. ℞. oleorum nenupharis: rosati viola-

ti. añ. ℥ ß. sandalor rub. ʒ. j. cinamomi. ʒ ß. aceti. ℥ ß. ⁊ cuʒ modico cere fiat vnguentũ. Ista vnctione vnguank renes sero cum vadit dormitum: superponatur pãnus lineus tepidus. Et eructuatio si multiplicek digestionẽ corrũpit et quãdo minoratur inflat stomachum: ⁊ confert ei masticatio thuris ⁊ cimini: ⁊ quando multiplicatur vtatur vomitu ante cibũ: ⁊ electuario diapipereon: ⁊ zinzibere condito ⁊ balneo. Singultus aut fit ꝓpter grossam ventositatem: aut propter rem mordicantẽ os stomachi: aut ꝓpter apostema in epate: aut propter euacuationẽ superfluã. Et signa eius ꝙ accidit a mordicatione oris stomachi sunt ꝙ fit post comestionem rei calide: aut vomitus cholere rubee: aut viridis aut nigre. Et cura eius est traijcere aquã calidã aliquotiens. deinde sumat oleum amydalarũ: aut sumat de butyro recenti paulatim: ⁊ si sedatur bene: ⁊ si non: administra vomitũ dando in potu syrupum acetosum ⁊ aquam calidam: et euomat eum multotiens: deinde da ei oleum ⁊ sorbitiones lenes factas ex amilo ⁊ oleo amygdalarum ⁊ zuccaro. Et quando est ex vẽtositate grossa ⁊ accidit infantibus post repletionẽ lactis: ⁊ conferũt ei ameos. ʒʒ. calamentum masticis quorum sumatur puluis pondere. ʒ. j. ß. cum vino puro. Et eius qui fit ex apostemate epate calido signa sunt: febris acuta et nausea. Et cura eius est phlebotomia basilice: et sumere in potu aquam ordei ⁊ granatorũ: ⁊ emplastretur epar sandal. et aqua ro. et aceto et camphora: et sumere in potu aquam solatri ⁊ endiuie bullitam cuʒ syrupo acetoso. Et fit singultus post diartã et solutionem ventris et eius debilitatẽ: et plurimũ eius curationem non habet: ⁊ est signum malum et curatur ß. in dispositionem sumendo in potu lac semper: et sorbitiones lenes: et vinum plurime cõmixtionis: et aquam carnis. Confectio hippocratis rectificans malam complexionem stomachi frigidã: expellens ventositatem: et liberans a singultu. ℞. corticum fisticorum exteriorum: costi amari: castorei: petrosilini. ana. ʒ. j. balsamite: calamenti: anisi: masticis: spice. añ. ʒ. vj. aristologie. ʒ. iij. Confice cũ orimelle squillitico: et da. ʒ. j. cum aqua sisimbrij. Et semen rute cũ nitro: ⁊ aqua mellis curat singultum ex ventositatibus grossis: que sunt ex gulositate. Et decoctio squinanti: et corticum fisticorum cum qualitate liberat ab eo. Pilule singulares contra singultũ calidum: et humores acutos ascendentes ad stomachũ ex epate et maliciam eius calidam et siccam et febres. ℞. spodij: seminis endiuie: portulace: ligni aloes. añ. ʒ. j. ß. pulpe tamarindorum ℥ ß. rased electi. ℥. j. conficiantur cum aceto. Emplastrum ad idem. ℞. triuʒ sandalorum: spodij farine ordei. ana partes equales: confice cum succo

De eructuatiõe.

De singultu et eiꝰ cura.

Confectio contra singultũ.

Decoctio.

Pilule

Emplastrum ad idem.

semperuiue. Emplastrum contra singultum ⁊ grossis humoribꝰ: et delet dolorem eius. ℞. galange baccharũ lauri aristologie rotunde: rute: gentiane. añ. ʒ. iij. myrrhe: castorei. añ. ʒ. ij. gariofi. ʒ. v. rosarũ. ʒ. ij. masticis ℥ ß. confice cum aqua mellis sansuci.

De egritudinibus epatis. Caput. ij.

¶ Ex traditione grecorum ⁊ latinorum. §. j.

Iecur a dextra parte est sub precordijs: ⁊ in ꝗttuor fibras secatur. Dicitur ⁊ iecinus. Huic membro sanguinis originẽ recẽtiores physici attribuere: quod si validũ est aucto sanguine augeri mẽbra videtur: inualido decrescere nõ dubũ esse si extenua in nobis mẽbra sunt eo cõualescẽte facile implenk. Plato ꝓ nostro Iecur nobilissimũ membrũ esse putauit: in quo diuinationis gratiã collocauit: quo priuato nec euidens quicq̃ fit vaticinij signum. Iecur inter exta proportiõe maximũ est. sub precordijs a dextra parte suspẽditur sanguine ⁊ spiritu naturali refertũ. Intrinsecus cauũ: extrinsecus gibbosuʒ: e regione lienis. ventriculo leniter prominens insidet: quem souet: in viuente magis pẽdet. In eo multiplex vis est: nam attrahit retinet concoquit: digerit ⁊ expellit: succum esi omnẽ in sanem: in bilem: ac atram bilem digerit: ee potentie ex tẽperato cordis calore nutritiue virtuti deseruiunt congenite. Iecinori varij deputantur morbi. Nam infirmitate ⁊ inflãmatione erysipelatibus: dicitur enim erysipelas a greco cum super inflãmationẽ ruborꝰ vlcus ambit: ⁊ sciris ⁊ abscessibus corporis que apostemata nominãtur: et vlceribus: ⁊ oppilationibus capit. De infirmitate igitur ipsius primo dicẽdũ: quã he paticos proprie lãguẽtes appellare cõsueimus. Si itaq̃ succos exhaurit secessus humidiora ꝓ in iecur redeãt: aut in totũ venter vacet morbo: existimãda est iecoris vis ad trahenduʒ infirma. Si ꝓ simili ablutioni recentis carnis videank excremẽta: alteratiua ⁊ sanguinis effectrix dicẽda est. Verũ si ob calidã distemperãtiam: primũ quidẽ putrefactões fient humorꝰ. Deinde carnis iptꝰ iecoris: ⁊ compũctiones vẽtris male olentes: bilis ad modũ crassa ⁊ affluens colore. vt in pestilẽtibꝰ febribꝰ apparet. Contabefacto aũt iecore totũ cõtabescit corpus: ⁊ febricitãt languẽtes: appetitũq̃ amittũt: ⁊ feculentũ hauriũt: ⁊ bilẽ vomũt. Si frigida ꝓ fuerit distẽperãtia: neq̃ perpetue excretiões: neq̃ multe fiũt inuetereſcit morbus: diebusq̃ aliquot fluit cõfertim venter male olẽs velut lutũ sanguinis crassi silis atre bili multos varioſq̃ colores frigida oñdit distẽperãtia: cũ obscura subest febris ꝓstãsq̃ facies

magis appetentes sunt cibi: quomodocũq; tales fuerint distemperantie vbi ariditas subest: excrementa docent: sitis adest si paucitas sumitur. cũ humiditas: humidiora ⁊ plura minusq; sitiunt. Inflãmato autẽ iecore: cõmuniter quidẽ omnib⁹ dolor oritur in dextris precordijs sursum penetrãs ad iugulũ vsq; humerũq; partis eiusdem. Deorsum ꝓo ad latus vsq; qd̃ nothũ vocant: ⁊ acuta febris: ⁊ russis arida: ⁊ sitis et appetitus amissio spirãdiq; difficultas: ⁊ lingua primo quidẽ rubra videtur: post ꝓo atra: vomũtq; bilem: et venter astringitur: signa fere sunt que pleureticis. Cũ autẽ erysipelas cõstiterit in iecore: inflãmationes intendunt: ⁊ exestuãt exiccatioq; ⁊ marasmus insurgit: qui simã iecoris partem inflãmatam habent nauseant: ⁊ vomũt: appetitũq; amittũt: et inflãmationes intẽduntur ⁊ consternant animã intercluſa frequẽter refrigerantur. vt hinc inter cutem morbus sumat initiũ. Cum ꝓo iecoris cõnexa inflãmantur: preterea que dicta manifesto turgent visu tactuq; si tenuior obscuriorq; fuerit iubebimus cũ maxime respirare: quod si in dextris precordijs dolor appeat iecoris mediocris existimanda est inflãmatio sin iuxta positum subiectorũ musculorum spaciosus inflãmationis timor videat: nihilq; iam dictorum affuerit: illos ipos inflãmari intelligamus: grauitas in iecore doloreq; sentitur in dextris precordijs citra tumorẽ ac febriũ oppilationem indicat venarũ: qua in parte estuãt: inflãmatione ꝓo versa in apostema: dolor ipsis cum iecore augetur inexpectatiq; fiũt rigores: neq; in sinistrũ latus potest lãguẽs inclinari impẽsius dolente iecore. Confracto autẽ apostemate: aut per vrinã aut p ventrem excrementũ euadit suppurationibus refertũ. Si ꝓo in affectionem secabilẽ tumor deciderit: dolores cõminuunt: tumor certe euidẽs cum duritie: at corpora circũ attenuant: procedẽte porro tempore cognoscere difficile est q̃ aqua intercus fieri incipiat: vniuersaq; precordia sub humore contegunt. Ad calidã iecinoris distemperantiã vtendũ refrigerantibus ⁊ confirmãtibus mediocriter intestinũ. Si frigida sit dispẽperentia per cõtraria eundũ est.

Serapio iiij. breuiarij. c. j.

¶ Ex traditione penorum ⁊ arabum. §. ij.

Debilitas fit in epate propter aliquid malitie cõplexionis que vincit: aut in substantia eius: aut in instrumentis: aut in materijs retentis in instrumẽtis suis. Et epati quidem sunt quattuor virtutes: scilicet illa que attrahit succositatẽ ciborum postq; digerũtur in stomacho ⁊ intestinis: et illa que ponit eam secem ⁊ alteratã ad sanguinez: et illa que abstergit superfluitates generatas in eo. Dico ergo q̃ necesse est: vt sint nobis due intentiones in curatione malicie complexionũ que sunt in epate: scilicet contrarietas speciei ex qua vincit malicia cõplexionis: ⁊ confortatio epatis ipsius. Et prima quidẽ cõpletur cum eis que sunt cõtraria cause inuente. Et secunda cum medicinis bonorũ odorum que miscentur in rebus que administrant interius ⁊ exterius: qd̃ est q̃ non oportet vt sit studiũ nostrum in destruendo causam que facit corruptionẽ tantũ: sed etiam ad conseruandã substantialitatem ipsius mẽbri lesi: ⁊ proprie quando leditur aliquod membrũ principale: aut illud cui est operatio cõmunis sicut epar: in cõmunitatibus autem oportet vt considerek ad huiusmodi accidentia. In propijs ꝓo tunc si est lesio epatis propter maliciã cõplexiõis calide: tunc administramus res infrigidãtes extinguentes caliditatem ipsam exterius ⁊ interius. Et si vincit super epar malicia cõplexionis frigide: tunc oportet vt detur panis infusus in vino: ⁊ dẽtur ex carnibus qd̃ est velocis digestionis sicut parue aues. Malicie autẽ cõplexionis sicce aut humide que sunt in epate: oportet vt medicentur cum regiminibus conferentib⁹: et eligantur ex eis res de proprietate quarũ est vt humectent ⁊ exiccent preter q̃ apparet calefactio earum ⁊ infrigidatio ⁊ hoc in inceptione. Nã ipse cum magnificank faciunt cadere in hydropisim carnosaz. ¶ Auicẽna. Epar quidẽ ois maius est epate ois aialis appropinquantis ei in quãtitate. Et est membrũ qd̃ generat sanguinẽ: cũ ius meseraice cõuertant chilum ad sanguinẽ cõuersione aliqua propter illud quod est in eis de virtute epatis. Et caro quidẽ epatis sensum non hz: sed illud qd̃ de ea sequitur pãniculũ sentit. Et dicitur q̃ omne aial plus comedens ⁊ debilioris cordis: est habens maius epar. Et nõ opz vt ad summũ peruenias in infrigidatione epatis quantũ possibile est: ⁊ perducat ad hydropisim: neq; in calefactione ⁊ perducat ad arefactionẽ. Et epar adip id est lupi iuuatiuum est cum ꝓprietate sua: ⁊ carnes limaciarũ similiter. Et medicus quidẽ expertus cognoscit epaticũ ⁊ stomaticũ omnẽ per colorem suum: non agens cum eo significatione alia: ⁊ non est ad illud nomen significans illud ꝓportionale proprũ. Et scias q̃ quãdoq; fit ois debilitas ex omni malicia cõplexionis: ⁊ qñq; est necessitas vt infrigidek ita vt digerat ⁊ ita vt attrahat: igit ꝓsidera maliciã cõplexionis dominãtis anteq; consideres debilitatẽ. Et plurimũ oppilationũ non fit nisi in latere concauo: quãdoq; etiam fiunt in gibbo. Oppilationes quidẽ sunt ex materiebus egritudinum epatis. Et oppilationẽ quidẽ habens est pauci sanguinis: et corrupti caloris. Et quãdoq; antiquak oppilatio indigens phlebotomia basilice ⁊ solutiõe. Et habẽs oppilationem elõget inter

Auicẽna. fen. xiiij. tertij.

comestionē ⁊ potum ⁊ proprie potū vini: ipsum eñ vinū intromittit cibum indigestū ad epar. Et scias q̄ cum apostemate epatis associatur vētris solutio est mortale. Et quādoq̄ perducūt omnes species apostematū calidorū ⁊ frigidorū ad hydropisim. Et si virtus est fortis attrahere q̄d necessariū est de sanguine in vice vna: ⁊ si non partire ⁊ segrega in vices plurimas. nō euadit aliquis ex apostemate duro quiescēte cōfirmato: ⁊ illi qui sanātur ex eo sunt qui curantur in initio sui. Cacesia est dispositio in primis antecedens hydropisim: ⁊ appropriat nomine corruptiōis cōplexionis. Et cum accidit vicus ei: fit difficilis eius cōsolidatio propter corruptionem cōplexionis. Et q̄ñq̄ accidit cacesia propter aggregationem aque in pulmone: ⁊ fit forma eam patientis similis forme hydropici. ¶ Constātinus. Epar duobus modis pati dicitur: scilicet ex sue essentie proprietate: vel ex aliorum mēbrorum vicinitate. Ex sui proprietate tribus morborum generibus: sicut et omnia mēbra corporis patiuntur. Mutatiōe cōplexionis sicut si refrigescat: vel calefiat: humectetur: vel desiccetur: simpliciter seu composite. Secundū genus ꝓ morbi officiales vocantur: sicut oppilationes vel apostemata. Tertiū dissolutio imparitatis idest separatio iūcture appellatur sicut sunt vulnera: excoriationes: incisiones: et similia. Hē autem passiones generant hydropisim. Si vero epati diuersarum complexionū vna dominetur: qua virtus sua naturalis superet: duricies et tumores in ipso cōficiunt: hec mala complexio vel est sine materia: vel cum materia. Cum ꝓ epar vnū sit de illis mēbris quibus aialia viuunt: cum corrumpitur cōplexio sua videndū est vnde corruptio fiat: si ex calore sit: oportet basilicā phlebotomari: si tempus etas: consuetudo nos adiuuēt. Quod si non: refrigeremus cum spodio: zuccaro: psilio: syrupo albo oryzaccara. Demus serum cum oryzaccara: succum herbarum endiute: scariole: solatri bene coctum ⁊ colatum. Epar vero oppilatur multis modis: vel ex grosso sanguine ab epate ad membra currēte: cum non debet currere: vel ex humoribus grossis et viscosis in venarum extremitatibus inuiscatis: que de maiori vena egrediuntur: et ibi generatur oppilatio. Item epar oppilatur de quorūdam membrorum incisione: similiter oppilatio in muliere nascitur cum menstrua sua ante tempus auferantur. Apostema nascitur in epate duobus locis: scilz in superiori parte: vel inferiori. Si sit in superiori cum tactu sentitur: maxime si sit magnum. Si in inferiori intelligitur ex suis accidentibus. Apostemata in epate nascentia duob⁹ modis sunt: vel de causa exteriori: sicut pcussiōe: vel collisiōe: vel de interiori: sicut si in epate quidā humores inclu

Constātin⁹. v. viatici. ca. j.

dantur: et ipsis putrefactis generātur apostemata. ¶ Rasis. egritudines epatis aut apostema calidum aut durum: et non forsitan sit phlegmaticum aut oppilatio: aut malitia complexionis frigide aut calide: au debilitas eius tātum: aut ventositas grossa sub eo: et ꝓteritia: et hydropisis. Et signa apostematis calidi sunt febris insepabilis: et vehementia sitis: et vomitus cholere: ⁊ q̄ñq̄ fit cum eo singultus: ⁊ ꝓcteritia: et tussis sicca in qua non est sputum omnino: et casus appetitus. Apostematis autem duri signum est q̄ apparet tactui res dura sub costis: et corrumpitur color et minoratur appetitus. Oppilationis autem signum est grauitas quam inuenit infirmus in dextro latere sine dolore: ⁊ nō est febris et paruitas digestionis: et lenitas ventris. Malicium autem complexionis in epate que calida est: sequuntur febris: et sitis: et siccitas ventris multa: ⁊ paruitas appetitus: ⁊ aspitas lingue absq̄ grauitate: et non est dolor sub costis dextris: et rubet aqua valde Malitia aūt complexionis frigide est cum solutione ventris: et mollitie corporis et corruptione coloris: ⁊ tumore faciei: et prauitate appetitus: ⁊ digestiōis grauitate: ⁊ dolore sub latere dextro Debilitatis vero eius signum est tantum egestio similis aque recentis carnis cum abluitur: cum paucitate appetitus: ⁊ extenuatione corporis. Ventositatis autem que est sub ipso signa sunt tensio que est sub latere dextro que cōmouetur cum digeritur cibus et sedatio per compressionem vehementem super ipsum: et existimant stulti medici q̄ est oppilatio vel apostema.

Rasis in lib. diuisionū. ca. lxiij.

¶ Ex traditione auctorum recentium. §. iij.

Morborū epatis quidam sunt a causa propria seu ꝓpria passione ipsius epatis ⁊ quidā a compassione Morbus proueniens a propria causa diuiditur in tria. In morbos cōsimiles: officiales: ⁊ cōmunes. Primo de morbo consimili epatis calido venit dicendum. Talis ergo mala cōplexio calida siue sit materialis: siue nō: sitim generat: ⁊ ardorē: ⁊ siccitatem in lingua Sed si adest materia sequit nausea vel vomitus: si vero nō: nō fit: Item cū materia vrina est magis citrina: ⁊ magis turbata: ⁊ sepe adest febris: et dextrū hypocūdriū sentitur calidum. Si in frigiditate sit mutata in hoc habet sua ꝓpria signa: nimiā famem: quod est: q̄ frigiditas comprimit cibaria ad fundum stomachi et ita fit inanitio in ore stomachi: et ita fames et appetitus sequūtur. Hāc sepe sequitur dyaria ptisanaria. quia deficit attractio in epate: et digestio: sanguis minuitur: quia minuitur digestio: et non est febris: sed est magis via ad hydropisim: nisi forte post longum

tempus quãdo ingrossatũ est corrumpitur: vnde putrescit et facit febrem: subtilis est vrina: quia liquidius cõsumitur in humore: et ingrossat humor: et non exit: nisi qõ liquidius est. Cura male cõplexionis calide epatis est aqua ordei: et aqua citruli: et aqua curbite: ⁊ syrupus acetosus purus: et aqua endiuie: ⁊ aqua solatri ꝓprie: et assiduatio emplastrationis epatis cũ sandalis ⁊ ros. et camphora: ⁊ nõ sit cibarũ nisi acetosum: comedãtur carnes hedi et lactentis vituli: ⁊ berberis: agresta: et potetur aqua veri frigoris: et sit dimissio vini omnino. Cura male complexionis frigide est omne qõ calefacit epar ex medicinis et cibis: sicut piper ⁊ calamentus zinziber cõditum ⁊ vinũ vetus purũ ⁊ emplastratio extrisec⁹ cũ ciperis ⁊ spica ⁊ squinãto ⁊ myrrha et costo et vino odorifero stiptico veteri. Cura apostematis calidi epatis cũ est incipiens: et vsq ad hebdomadã fm Ra. est phebotomia cephalice in latere dextro: et emplastretur epar sandalis et cãphora et ros. añ. et infrigidet epar semp: ⁊ sit cõtẽtus ꝑ cibo ordeaceo et detur in potu aqua granatorũ acetosorũ ⁊ aqua endiuie et aqua solatri cũ syrupo acetoso de zuccaro puro. Cũ ergo alleuiat febris: sint cibi ex herbis ⁊ agresta cũ pullis: et dimittat vinũ oino vsq quo verificet ei sanitas. Cura apostematis duri epatis est vt in potu sumat dyacucurmã ⁊ athanasiã et trociscos de bdellio: quorũ cõfectio fm Rasim est hec. ℞. Rosarũ tritarũ. ʒ. x. spice nardi. ʒ. ij. centauree ʒ. j. lacce. ʒ. j. ℥. myrrhe. ʒ. j. costi. ʒ. j. ℥. masticis. ʒ. ij. amigda. amararũ. ʒ. ij. bdellij. ʒ. iij. resoluat bdelliũ cũ vino: ⁊ cõficiãtur cuz eo medicine: ⁊ fiant inde trocisci. ⁊ sumãtur de eis in potu. ʒ. ij. aut iij. cum aqua endiuie si fuerit caliditas: ⁊ si nõ cũ aqua mellis: aut cum aqua et vino. Cura oppilationis epatis est si cũ ea fuerit caliditas: syrupus acetosus cũ aqua endiuie: et si fuerit cũ ea frigiditas diacucurma maior cũ aqua radicũ: ⁊ dimittat cibos grossos viscosos sicut pultes: et panis azimus: et pedes et caseus: et omnia dulcia que habent grossitiẽ: et comedat res cũ quibus fit absterso. et multiplicetur sal in pane suo ⁊ fermentum. Cura debilitatis epatis est emplastratio cum rebus calidis stipticis: sicut sunt masticis ciperi spice thuris nucis cipressi gallia muscata: vinum vetus purũ. Et fiant cibi eius ex granis granatorũ ⁊ passulis cum suis interioribus: ipse enim consortãt epar et impinguãt ipsum. Epar adip exiccatus teratur optime et bibatur ex eo coclear vnum et qure. ij. cum vino vulci. et si habeat febrem cũ aqua frigida solũ. confert enim vt vult Rasis iuuamentum maxime ei qui in epate suo hz egritudinem. Syrup⁹ de epatica ad epatis calefactionẽ et debilitatẽ mirabilis. ℞. epatice. ℳ. j. lenticularum

Cura male cõplexionis calide epatis.

Cura male cõplexionis frigide.

Cura apostematis calidi epatis.

Cura apostematis duri epatis.

Cura oppilatiõis epatis.

Cura debilitatis epatis.

Syrup⁹ de epatica.

aque. ℳ. j. ℥. florum cucurbite: violarum rosarum. añ. ʒ. j. cimaruz squinãti. ʒ. j. ℥. zuccari tabarzet lib. j. irrorẽtur cum succi granatorum. ʒ. iiij. et aromatizetur cũ sandal. vtriusq ⁊ spodij. añ. ʒ. j. Alij syrupus. ℞. succi endiuie: succi solatri succi cucurbite. añ. lib. j. succi granatorũ muzorum lib. ℥. zuccari lib. j. et aromatiza vt supra. da. ʒ. ij. cum aqua rostri porcini ⁊ vno trocisco de camphora. Solutiuum bonuz filij serapionis ad oppilationem epatis ex grossis ⁊ viscosis humoribus. ℞. hierepicre simplicis. ʒ. j. agarici pulverizati. ʒ. j. da cũ aqua polipodij absinthij apij anisi assari et masticis. añ. ʒ. j. Syrup⁹ valens contra oppilationem epatis et splenis dissoluit ventositatem ⁊ digestionem iuuat: colorem reparat: renes ⁊ vesicam aperiendo mundificat. ℞. masticis cinamomi croci gario. nucis muscate galange zinzibe. añ. ʒ. j. apij anisi carui fenicuili petrosilini capparis. añ. ʒ. iij. saxifragie sticados folliculorũ sene thimi epithimi. añ. ʒ. ℥. zuccari quod sufficit. Pilule experte adiõnem oppilationem viscerum antiquã valẽt hydropisi in ꝓcteritia et q̃rtana. ℞. succi eupatorij cuscute absinthij fumiterre epithimi folliculorũ sene. añ. ʒ. ℥. agarici albi reubarbari hierepicre. añ. ʒ. ij. spice ligni aloes squinanti zinziberis gariofi. se. anisi apij. añ. ℈. j. pulpe coloquintide serapini armoniaci lacce lote oppoponaci lapidis lazuli loti pluribus vicibus cum succo bugloss foliorũ mezereon repressorum in aceto salis gemme polij. añ. ʒ. ij. turbith myrobala. citri. añ. ʒ. ij. dissoluãtur gummi in vino odorifero: et cũ succo fumiterre vel endiuie informẽtur pilule dosis est a. ʒ. j. ad. ij. cũ prudentia tamen medici et virtute patiẽtis. Descriptio emplastri resoluentis apostemata epatis laudibilis. ℞. storacis cere. añ. ʒ. j. ℥. olei masticis. olei rosarum. añ. ʒ. ℥. vini. ʒ. j. liquefiat cera et oleũ et misceatur cum eis. Aliud. ℞. aloes. ʒ. iij. masticis. ʒ. j. camomille: et melliloti. añ. ʒ. iij. olei de lilio quantum sufficit. Puluis valens ad percussionem epatis et casum. ℞. balaustiarum ciperi. violarum myrrhe boli amidi. añ. ʒ. iij. sanguinis draconis lacce añ. ʒ. j. ℥. dosis. ʒ. j. cum apozimate de rosis masticis et arnoglosse.

Syrup⁹ magistralis.

Solutiuum filij serapiõis

Syrup⁹ cõtra oppilationẽ epatis.

Pilule experte ad oppilationem viscerum.

Emplastruz apostemata resoluẽs.

Puluis ad percussionẽ epatis.

¶ De hydrope quam nostri corrupto vocabulo hydropisim vocant. Caput. iij.

¶ Ex traditione grecorum et latinorum. §. j.

Ydrops grece latine aqua intercus dicitur. Serenus. Samoniacus. Corrupti iecoris vicio vel splenis acuto. Crescit hydrops: aut cum siccate felle medulle. Atq auide fauces gelidum traxere liquorem. Et vt dicit firmicus maternus libro tertio matheseos. Si a

saturno defluens luna sit minuta luminibus faciet circa ventrem frigus acciduuz:qd greci psychrocrelio vocāt: et infinitis phlegmatum vitijs laborātes macros:splenicos : lipesetricos: hydropicos:phlegmaticos vel disiriacos ꝛc.hydropisis si dicitur apd illustres nescio:nōdum enim legi.Ventrem indecorum reddit hydropesis : cuius species ascites dr:ex qua extrahende rō aque in alijs libris dicetur locum enim ad ilia versus deligimus.vbi peritonei sola fere nuditas est. Suminis enim crassitudo omnino vitāda est:cutisq digito dimouenda:immissoq cultello vsq ad omētum:quod primum sub peritoneo occurrerit:penetrādum est :qd paracentesim vocat paulus egyneta. Hec id minium audacter: nec temere intestina vulnerentur tātūq humoris colligendum est: ne vires intermoriātur vitalem enim spiritum is humor continet: demum remissa cute:vulnus per se obstruitur atq ita sensim singulis diebus demitur aqua:quare vires idoneo cibo tuentur medici. Decinore ergo vehementer frigefacto: aut inflāmato: aut obdurato:vel quoquo alio modo languēte cum membrorum aliorū languore frustratio quedā est sanguinis conuersionis :vocaturq morbus hydorus in quo creber intus est spiritus cum exiguo humore congregatur inter intestina:vt si pulsetur venter tympani se resonitum edat. Ideo ab alijs tympanites:ab alijs tympanias humor vocitatur ab inflationibus que circa stomachum et aluuz et colon intestinum:ꝛ in veteratis febribus:quādoq a duritia peritonei:vel in mulieribus vulue. Quādoq ecōtrario vis magna humoris est cū exiguo spiritu in eisdem coit locis tāq in vtre aliquo contentus :inde morbus Ascites humor nominatus qui ex predictis tam causis ipse quoq constat. Plurimum autem a duricia que in splene ꝛ iecore fluribusq circa intestina diuturnis :ex quibus contingit ventrem turgere:et reliquum corpus altum eliquari. Est autem cum per vniuersi corporis tumorem frigidior et pituitosior comprehenditur sanguis modo ab iecore delatus:modo ab omni corporis carne:quasi stillāte aqua:vt album et pituitosum corpus videatur mortuo per simile vocatur leucophlegmatias hyposarcidis humor vel anasarca qui fit ex longis febribus: et stomachi malo habitu:et vetustis sanguinis fluxibus:et fluxu muliebri:ꝛ spirādi difficultate:ꝛ vigiliis immoderatis: ac huiusmodi de causis.hos igitur curabimus a detractione incipiendo: verum in ascite:et tympanite medicaminibus vtemur aqueum humorem educentibus.in Anasarca vero sanguinē detrahendo curabimus presertim hemorrhoidibus:aut purgādo languorē mēstruinisi in malo habitu precesserit sanguinis detractio.Hinc igitur vt in malis habitibus expedit particulatim delectionem administrare:inde stercus bubulum bene arefactuz aliquare in oxycrato coqui:vel oximelle:ꝛ sulphuris quarta parte : inde emplastrum toti apponito ventri. Aut spyratuz capre in vrina capre vel pueri:ꝛ ventri cataplasma facito.Hec vehementer purgant. Clysteribus aūt vtendum acribus:nisi venter sponte humectet:tū em arefacere potius expediet. In mulieribus aūt hydropicis pesso vtendum hmōi.anisio:cardamomo:cumino:nitro: aristolochia:teli:glichone interno ficuum ꝛ naturalibus aquis:postea ac psamismo. In anasarca vero reliquisq partibus enudent ; ꝛ quoad fieri pōt in sole aridis rebus fricent.Reliqs aūt virtus aridior sit.Salsamenta igit in sinapi comedant:ꝛ allia:agrestes volucres ꝛ aridas comedant ex oleribus asparagum:gingida:porra:sinapi : ꝛ cancalidas:ꝛ reliqua agrestia ꝛ theriacas : vino vtant vetere tenui vinam ciente atq ex infusa marina aqua:parum tū potent: aque nihil prorsus:scilz cum aqua intercute febricitent: a calidis ꝛ acribus edulijs adminiculisq abstineāt mixtimq eis vtant purgamine corporis probent eliquentia:ꝛ vrinam cientia:queq attenuent distrahantq spiritus tum intus:tum foris:perpetuisq vtēdum inanibus cucurbitulis:que ventri impingātur: qui ascite oppimentur superioribus vtantur opitulamentis.

Paulus egyneta.

¶ Ex traditione penorum ꝛ arabum. §.ij.

Hydropisos est errare ꝗ tutē in epate naturalē : virtus enim digestiua epatis cū mutare cibi succos in sanguinolētos hūores deserit:cū qbus ꝛ tres hūores . Cū inq hec virtus pigrescat in cōplēda actione sua necesse est sanguinē corrūpat:q̄ idigestius corpus male nutrit. vnde fit vt totum corpus tumescat.Hydropisis ergo ex sola defectione virtutis est mutabilis:corruptio enim sanguinis ex infirmitate est huius virtutis.Gale.dixit impossibile est hydropisim sine passione epatis esse.Non enim nascitur nisi ex debilitate virtutis digestiue ꝛ sanguinis generatiue:quod proprium est epatis. Sed tū non qūcunq epar in sua proprietate deficit: vel in aliorū membrorum vicinitate deficit hec virtus:non cessat tamen a complemēto sue actionis.Epar em aliqū patit:ꝛ tū hec virtus actionem naturalē suā nō pretergredit.Augmentata tū ipsius passione ꝛ maxime dūante:necesse est hanc deficere. Neq succum cibi mutat vt sanguinem inde faciat. Qui cum sit crudus ꝛ indigestus permanebit:hydropisim faciet. ¶ Serapio. Hydropisis fit aut ex epate quādo forte fit frigus eius:aut ex sanguine frigido

Isaac. v. viatici. c. vij.

Serapio quarto breuiarij. vij.

qui aggregat in reliquo corpore. ⁊ sit ēt ex multitudine frigiditatis membrorꝫ aliorꝫ: de ꝓprietate quorꝫ est vt infrigident corpus. Species ꝟo hydropisis sunt tres: ⁊ vna quidē earꝫ fit ex multitudine humiditatis que aggregat in peritoneon: ⁊ est velamē qd ē inter superiora membra ⁊ inferiora: ⁊ inter intestina. Et alia fit ex ventositate: que replet illa loca. Et in tertia corpus totum videt: sicut corpus mortui: quod iam inflatum est. Et prima harꝫ nomat ascites: ⁊ secunda tympanites ⁊ tertia hyposarca. Et in omnib⁹ speciebus hydropisis inflatio pedū est accidens cōmune: ⁊ illud qm̄ caliditas innata in eis est debilis: ⁊ non expelluntur vapores ad illud quod apparet de corpore: propter id ergo fit qd venit ad pedes p̄m modum cibi: ⁊ resoluitur ibi: ⁊ mutatur ad superfluitates malas. q̄ si dixeris quare non inflatur manus: dicemus quoniam manus sunt propinque cordi: ⁊ qm̄ cor est fons caloris naturalis: tunc iuuantur a calore naturali: ⁊ non consequitur eas corruptio. Et nobis est vt dicamus: qr hec est causa alia: ⁊ est qr manus sunt faciliores motus q̄ pedes: propter ergo multitudinem suorum motuū resoluitur quod effunditur ad eas. Et hec est causa tertia. Et est qr de proprietate vaporum grossorum est vt descēdat materia inferius: propter illud ergo ponunt pedes inflatos. Et diaria est accidens cōmune in hydropisi que accidit in locis vacuis viscerum qm̄ accidit eis apostema. Et si leduntur per apostemata: tunc est egritudo hydropisis. Et differentia inter hydropisim que accidit ex epate ⁊ inter speciem que fit ex locis vacuis viscerum est: qm̄ inflatio que fit ex epate descēdit sub digitis: qm̄ tangis eam super molliciem: ⁊ remanet locus eius submersus ⁊ post paululum redit ad habitudinem suam primam: ⁊ non est alter a p̄m hoc: qd est: qr causa inflationis illic est phlegma: ⁊ hec causa eius est ventositas. In hydropisi aūt que fit propter membra anhelitus: ⁊ tussis ast accidens proprium: ⁊ inflatio crurium etiā: ē ꝓprie in hydropisi que fit ex pulmone. Hydropisim aūt que fit propter apostema epatis: sequuntur motio tussis: ⁊ diminutio in eo qd descendit ex fece ⁊ siccitas. Si aūt cum tussi sit sputuz: ⁊ fetor: tūc non speratur de infirmo. qd est: qr hoc significat q̄ pulmo iam repletus est istis materijs: propter illud ergo moriuntur velociter: qm̄ anhelitus eorꝫ cōstringitur ⁊ prefocatur. Et si hydropisis est cū febre non oportet vt administres que calefaciunt: nec exterius super viscera: neq̄ cuz cibis ⁊ potibus: imo est necesse vt detur infirmo aqua solatri: ⁊ aqua alkekengi: ⁊ aqua apij cū lacca abluta ⁊ rauedseni ⁊ croco ⁊ myroba. citri. Et conferūt ꝓprie species endiuie amare. Et non oportet vt in potu sumant cōfectiones

calefacientes: neq̄ medicinas solutiuas multe caliditatis: esti ipse confortant sitim: ⁊ adurunt apostemata ⁊ viscera. ¶ Auicēna. Hydropisis est egritudo materialis: cuius causa est materia exuberans frigida ingrediens membra: ⁊ crescunt per eā quidem membra manifesta oia aut loca vacua partium in quibus sunt regimē nutrimenti ⁊ humores. Et dignius est vt sit ascites ꝑ maligniorib⁹ speciebus hydropisis. Et homo de quo vehementius timet cum aduenit ei hydropisis: est ille cuius complexio naturalis est calida ⁊ sicca: non enim egrotat per contrariū sue cōplexionis: nisi pp rem magnam. Et fluxus ventris in hydropisi est mortalis. Et plurimū statio aquositatis non est nisi inter zirbū ⁊ spondilos intrinsecum. Et qm̄ expellit natura ex hydropico aquositatem hydropisis p seipsam significat euasionem. Et fluxus quidem ventris qm̄q̄ est iuuatiuus valde in hyposarcha: scz virtute forti. Et plurimū causarū tympanitis est corruptio digestionis prime: ꝓpter virtutem aut pp materiam. Et cū ascite est grauitas sensibilis in ventre: ⁊ cū percutit venter non est ei sonitus: sed qm̄ commouet ex ea audit sonitus aque cōmote: ⁊ similiter qm̄ pmutat hīs eā ex latere ad latus. Et cū est hyposarcha apparet cū ea inflatō in corpe toto: sicut accidit corpori mortui: ⁊ imprimunt digiti in omni loco corporis eius. In tympanite egredit sumen plurimo exitu: ⁊ eius venter est quasi chorda tensa: ⁊ cū venter percutitur manu: audit ex eo sonitus ventris in quo est inflatio. Et scias qd euacuatio cū medicinis laudabilior est: q̄ que fit sectione ⁊ resudatione: ⁊ fit difficile succurrere eis. Et spes est ad oēm hydropisim in dyacucurma. ⁊ syrupo squillitico ⁊ thyriaca ⁊ ꝓprie in fine hydropisis. Et oportet vt euacuatio cum solutiuis non fit subito: immo p̄m vices. Nam illud qd subitū est mortale est. Et nocumentum paruuz debilitat epar. Aloes aūt valde malū est epati. Non respicias aūt ad illud qd dicunt sophiste q̄ natura lactis est contraria hydropisi. imo scias q̄ est medicamen iuuatiuū ꝓpter illud qd in ipso est de abstersione: ⁊ est itez conueniens propter illud qd in ipso est de proprietate sua. Lac aūt camelinum ⁊ capri num in potu det cū eis que solutione ventris educūt aquositatez ⁊ subtiliant ⁊ prouocant. Et de incisione myrach scias q̄ parum proficit nisi in corpore valde forti: ⁊ oportet vt non audeat fieri dū possibilis est cura alia. Pilule de mesereon vltime sunt in ascite: ⁊ pilule de reubarbaro in hyposarcha. Oportet vero vt cibus hydropicorum sit paucus ⁊ semel in die: ⁊ si possibile est abstineat a pane tritici propter suā viscositatē ⁊ oppilationez: ⁊ sint contenti pane ordei cū seminib⁹. Et ius galline est iuuamentū eis: tp̄m cū

Auicēna sen. tritij. tertij cas nonis.

aggregat ad ꝓuocationem ⁊ rectificationē epatis. Uino aūt non appropinquet calidam habens hydropisim. In frigida aūt non oportet vt bibat ex eo nisi subtile ⁊ antiquuz parū: non cū est ieiunus: nec super cibum: imo post horam: ⁊ cū est cibi descensio a stomacho: ⁊ oia diuretica cōferūt eis. Et in hyposarcha que fit a cā calida: opz vt phlebotomia fiat: vt egrediat virus malum ⁊ ꝓuocet. Et phlebotomia non ingredit in tympanite nisi raro. Et qñ ꝗ necessariuz est in tympanite ponere ventosas euacuatiuas sup ventrem eius multotiens. ¶ Rasis. Emplastrū asciti conueniēs ℞. farine ordei stercoris ouini veteris ciperis baurach boliarmeni añ. partes equales. Ex his oibus tritis fiat epithima sup ventrem. Et si in palpebris ⁊ extremitatibus fuerit apostema molle: ⁊ testiculi apostemant faciesqz ac totū corpus molliciē quadaz teneant: erit tunc hypocrisis species que hyposarcha nocat. Egro tracz hac laborantī trocisci de lacca cuz apozimate de radicibus sunt tribuendi: ⁊ venter quaqz hebdomada ex pilulis de reubarbaro est soluendus: ⁊ patiens in arena calida sepeliendus. Et preterea est precipiendum vt exercitio vtat: ⁊ famem ac sitim sepe patiat. Si vero vēter inflatus ac tensus fuerit: ⁊ cū pcutit sonuz reddit vt tympanum hydropisis species adesse significabit: que tympanites dr. Quā qui patit a comestione olerum abstinere dz: atqz eorꝫ oiuz que ventositatis sunt generatiua. venter quoqz oi die ex panno est vaporandus: ⁊ ventose super ventrē ponende: medicamina tumorem dissoluentia danda sunt vt diaciminū: electuariū: de bacchis lauri. Eger preterea exercitio vtiassuescat: ⁊ famem pati: ⁊ ex collyrijs que ventositatem dissoluunt sibi subijciat. Uenter quoqz cuz mantili donec incipiat rubere: fricetur: ⁊ ex oleo rutaceo clysterizetur.

Rasis in diuisioni b⁹. c. lxix.

¶ Ex traditione recentium auctorum. §. iij.

Idrops est passio chronica ex frigiditate epatis generata: qꝛ ꝗtus epatis cibos non coquit: nec in sanguinis substātiā cōuertit. In hoc cōueniunt oēs auctores: q' cā hydropisis est ꝓprie materialis frigida ⁊ aliqñ calor supfluus pōt esse causa remota. Hydrops autē est apostema aquosum vniuersale: sicut vult Aboali in. c. de apostemate. licet alicubi dicat hydrops mala complexio: sed hoc est impossibile. Dicit autez alexander q' hydropisis tria sunt genera. Unum est qd ex tenui humore: ⁊ ex ventositate generatur ⁊ vocatur asclites: aut ex ventositate spūs: ⁊ dr tympanites: tertium est de phlegmatico sanguine supfluo in toto sanguine: ⁊ dr hyposarcha: siue leucophlegmantia: cuz quo

conueniunt auicenna ⁊ serapio ⁊ isaac in viatico: ꝗuis dicat esse constātini: qd sibi falso ascribit. Cause hydropisis due sunt in genere. Aut pp ꝓpriam passionem epatis: aut pp compassionem. Propter passionem ꝓpriā tribus modis: aut pp suos consimiles morbos: vel officiales: vel cōmunes pp malitiam complexionis: pp malam complexionem quattuor modis fm quattuor malas complexiones: propter malas complexiones compositas: ⁊ materiales: quia calor superfluus operatur ad innati caloris epatis resolutionem: ⁊ corrumpit naturalem: vnde epar spiritibus resolutis ⁊ calore innato resoluto infrigidatur. De frigiditate epatis patet siue sit ꝓiuncta sicco: siue humido. Uñ patet q' hydropisis generalr est morbus aquosus licet qñqz fuerit a calore: qd est: quia calor innatur alis operatur ad apertionem pororū ⁊ corruptionem caloris naturalis: qui cum debilis sit cito resoluitur: vnde corpus infrigidatur: ⁊ ita generatur humor aquosus: ⁊ hydropisis. Ite morbi officiales epatis sunt sicut oppilationes vel apostemata eius: que debilitant materiam vel digestiuam. Calidum enim apostema ad resolutionem caloris innati operatur. Oppilatio similiter constringendo humiditates: vnde calor innatus suffocatur. Dupliciter enim contingit corrumpi calorez naturalem interiorem sicut exteriorē. p viaz resolutionis: ⁊ compressionis ⁊ condensationis: sicut patet in igne non cooperto. Morbus cōmunis: siue solutio continuitatis epatis: sicut incisio vel corrosio operatur eadem. Per cōpassionem aūt generatur hydropisis qñ compatit epar stomacho aut intestinis spleni vel matrici: vel renibus vel pulmoni. vel dyafragmati vel spine dorsi: ⁊ vniuersaliter in oibus membris errore debilitatur ⁊ virtus epatis: vnde deficiens in decoctione chimoꝫ: sicut patet in apostematibus cuiuscūqz nobilis membri: vnde fit febris: qꝛ apostema ad se trahit ipz: ⁊ calorem innatum sicut ventosa: vnde infrigidatur epar: vel etiā ex sola febre acuta cum fortis calor extraneus resoluat ⁊ corrumpat calorem naturalem. Iuxta illud. Omnis hydrops in acuta egritudine malum. Hydropisim factā pp apostema stomachi vel meseraicarū vel intestinoꝫ vl lumborū significat diuturna vētris solutio: qꝛ chilus in stomacho vel in intestinis non pōt generari: qꝛ cibus non tandiu retinet in his membris lesis propter apostema vel solutionem continuitatis: vel si oppilent meseraice chilus non penetrat ad epar: ⁊ propter hoc est continuus fluxus chili: materia hydropisis non euacuata: vnde non deficit calor ⁊ humor. Sed hydropisis propter apostema epatis significatur per tussiculam: quia virtus nititur expellere nocumentum: sed deficit

Item adest difficultas egerendi : ⁊ quod egreditur cum angustia exit: quia fortis calor epatis ad se trahit stomachi ⁊ intestinorum succositatem: residuum vero indurat ⁊ transit in Squibala.
Item minuta fiunt apostemata que cito recedunt: qꝛ materia subtilis est ⁊ vaporosa: sed statim redeunt: qꝛ nimia est materia. Mutatio aut caloris naturalis in nō naturalē signum est cacochimie ⁊ hydropisis: ⁊ tumor vniuersalis vel particularis ⁊ squaliditas ⁊ pruritus pp vaporem corruptum ad exteriora prumpentes. Et cōe accidens in omni hydropisi est tumor pedum ⁊ inflatio. Sed qꝛ pedes remoti sunt a fonte caloris: ⁊ propter hoc nutrimentum non puertit: ⁊ qꝛ ibi remanet non conuersum: tumorem facit. Signa aut distinctiua sunt hec: qñq; in hyposarcha est tumor equalis per totum corpus qꝛ epatis virtus fortis expellit a se: ⁊ membra attrahunt: qꝛ intendunt se nutrire: ⁊ materia non est eis proportionalis: non conuertit eam. In tympanite ꝯo ⁊ aschite manus brachia collū ⁊ caput gracilant: qꝛ ad ea nihil attrahit nec mandat ab epate iam defecto: color mutat: ita habent liuiditatē. Differt aut aschites a tympanite: qꝛ aschites ventre cōmoto sonat: sicut vēter semiplen⁹ aqua. In tympanite sonat ad modū tympani: ⁊ multū iuuant per oscitationes ⁊ eructuationes: ⁊ non conuenit in aliis. Aschites vero magis p sudorem ⁊ aquositatis resolutionem iuuatur. Cause aut remote hydropisis sunt timorose valde: sicut nimius fluxus ventris vel matricis: vel nimia retentio superfluitatuꝫ: vel nimius potus aque frigide ⁊ precipue in ieiunio vel subita complexionis mutatio: vel debilitas totius corporis suas supfluitates ad epar resudantis : quas oēs difficile est transcurrere. Et facilior ad curandū est hyposarcha. Alie due difficiles: oēs tñ sunt curabiles in principio si virtus sit fortis ⁊ necessaria exterius applicent. Medicine efficaces ⁊ ꝓtutis nō valde moda cū alis qualitatibus hydropisis. ℞. pilularꝫ ♁ rauet mesue. ℥.iij. agarici radicis yreos añ. ℥.j. salis gēme zinziberis añ. gra.ij. eupatorij. ℥.ß. puluerizanda pul. ⁊ cū syrupo de absinthio fiāt pilule.viij. pro.3. Solutiuum aquositatis ⁊ ipsius exiccatiuū. ℞. Unguēti arthanite ℥tū pro vnguento sufficit: aceti acuti quod sufficit ad incorporadū: misce hoc vnguēto vngat vēter manu calida. Epatis ⁊ stomachi cōfortatiuū: oppilationū aperitiuū: ⁊ aquositatis exiccatiuū. ℞. semi nū agni casti apij anisi añ. ℥.j. feniculi.3.ß. calami aromatici spice añ. ℥.j. calamenti. ʒ.ß. absinthij siccī.3.ij. se. endiuie.3.j. sofatri.3.ß. puluerizenk oia vt ♁cet: ⁊ cū syrupo de absinthio fiāt pill. viij. p.3. Assumat.v. in singula hebdomada duobus diebus preterqꝫ tēpore calido. Aliud fortius. ℞. radicis cameleonte.3.ß. bethonice. ℥.j. cuscute. ℥.ij. cinamomi. ℥.j. eupatorij.3.j. radicis enule.3.ß. macis ℥.j. origani: polij. añ.3.ß. reubarbari electi. añ.3.j.ß. radicis squinanti. ℥.j. se. solatri.3.j. puluerizenk pul. ⁊ cuꝫ syrupo de absinthio fiāt pilule.viij. p.3. vtatur vt supra. Aliud solutiuū aliqualiter. ℞. hiere archigenis.3.j.ß. aque absinthij quod sufficit p potione et fiat potio. Aliud efficacius solutiuū. ℞. trifere feruginate descriptione Rico.3.j.ß. aque absinthij quod sufficit p potione ⁊ fiat potio. vtat aliqñ in mane. Medicine remisse potētia virtuti familiares ⁊ cum hoc vsuales. Solutiuuꝫ vsuale ⁊ propriū. ℞. seri caprini.ʒ. iiij. radicis yreos puluerizate grosso modo.3.ß. zuccari albi.3.iij. misce: ⁊ fiat potio. Assumat omnib⁹. xv. diebus ordine solutiuoꝝ. Si ꝯo vult fortius: tunc huic toti addat iteruꝫ radicū yreos.3.ß. Epatis confortatiuū: sed nō solutiuū. ℞. vrine hois masculi puери etatis intra terminum a.v. anno vsq; ad.xij. annū inclusiue. ʒ.vj. eupatorij.3.j. spice gra.iij. coralli rub. ℥.j. semi. endiuie.3.ß. zuccari albissimi.3.ij. misce ⁊ fiat potio vtatur aliqñ. Aliud vt supra. ℞. lactis capre calidi dū mulgetur ab vbere. ʒ.iiij. eupatorij.3.j. spodij. gra.iij. zuccari albi.3.ij. misce capiat in mane ad libitū. Epatis confortatiuū. ℞. specierū cōfectiōis de eupatorio Mesue.3.ß. dyarodon abbatis.3.j. macis. ℥.ij. seminis anisi integroꝝ.3.ß. spodij: gra.v. seminū endinie. ℥.j. solatri. ℥.ß. coriādrorū preparatorū.3.j. zuccari albi. lib.j. puluerizenk pul. misce ⁊ cum aqua absinthij fiat confectio solida in morsellis. iij.3. pro quolibet. Assumat vnū morsellum in alternis diebus cum surgit. Hec omnia supradicta valēt in aschite. Syrupus solutiuus pro hyposarcho. ℞. radicū feniculi: petro. apij. sparagi: brusci: acori radicuꝫ spine albe. añ. ʒ.j. scolopendrie passij melisse eupatorij. añ. ℥.j. radicū capparis ciperi seminis anisi: feniculi: cinamomi. añ.3.ij. camedreos tamarindoꝝ añ. ʒ.ß. turbith agari. añ.3.iij. polipo. ʒ.j.ß. passula. ʒ.j. sal gē. 3.j. zuccari lib.j. fiat syrup⁹ vtat ad discretionē medici. Puluis expertus in hyposarcha. ℞. anisi.3.ij. cinamomi. ʒ.j. cataputie ʒ.ß. zuccari albi. ʒ ij. fiat puluis dosis.3.iij. vel.iiij. in mane cum vino vel aqua. Syrupus in tympanite. ℞. lactuce siluestris: epatice: scolopendrie: endiuie. añ. ℥.j. eupatorij: melisse: tamarindorū. añ. ℥.ß. radicum feniculi petro. liquiritie: spodij corticis radicum ebuli. añ. ʒ.j. caparorū passularū. añ. ʒ ß. sandalorū rub. seminis endiuie anisi cinamomi. añ.3.ij. zuccari albi lib.j. fiat syrupus dosis. ʒ.ß. cū pauca aqua calida: in qua extinguatur ferrum. Ex omni mane semel vsq; ad decem dies : postea purgetur cum.3.iiij aut.v. huius mixtionis. ℞. electuarij ad melancholiā diamezereon: vel afinico

Contra aschites cā frigida qualitatem.

Unguentum.

Epatis cōfortatiuū

Aliud.

Solutiuum aliq̄liter.

Solutiuū vsuale

Cōfortatiuū epatis.

Aliud ad idem.

Syrup⁹ p hyposarcho.

Puluis laxatiu⁹ in hyposarcha.

nis.añ.ʒ.iiij.reubarbari.ʒ.iij.misceãtur.sumat in mane cum aqua calida:cõsidera ramẽ virtutez patientis. Et fiat confectio de qua sumat mane et sero ante cibum. ℞ trociscorũ de spodio liquiritie añ.ʒ.j.cinamomi:macis:seminis endiuie:xilo aloes assari masticis gallie muscate corallorũ rubeorũ.añ.℥.ij.margaritarũ sandalorũ seminis ozimi.añ.ʒ.j.ʒuccari lib.j.fiat confectio in vase:dosis.ʒ.v. cum pauco vini puri. Et fiat puluis quo vtatur in cibis suis temporibus frigidis.℞.cinamomi.ʒ.j.ℸ.croci.ʒ.j.fiat puluis. Et fiat sacculus ad stomachũ.℞.absinthij squinanti calamenti myrtillorum rosarum masticis.añ.ʒ.ℸ.bullianti in vino aromatico et ponatur ad stomachũ ante cibum. Et cum surgit a lecto inũgat stomachum ex hoc.℞.olei nardini olei masticini olei absinthij.ana.ʒ.ℸ. misceantur et vnguatur calidum cum abstersione:q̃ si aliquando apparet distemperatũ inungatur ex hoc.℞.sandalorum triũ spodij.añ.ʒ.ij.olei rosati.ʒ.iij.olei absinthij.ʒ.j.cere quod sufficit fiat vnguentum. Cruris fiat lotio ex aqua decoctionis radicum ebuli et florum origani. Si apparet aliquod vestigiũ emorroidarum erit bonum eas prouocare. Si sumendo syrupũ predictum apparet fluxus ventris.vnde suspicarentur medici de solutiuo predicto dimittant illud et nihilominus detur.ʒ.ℸ.dyacatoliconis cum.ʒ.ℸ.reubarbari:et dissoluatur cum aqua decoctionis radicum corticis myrobala.citrinorum.ʒ.v. In ascite vero remota que posset esse causa primitiua:quod fit per malum regimen: et etiã antecedente mala complexione epatis calida:tunc veniendũ est ad euacuationem aque citrine a concauitate epatis que ꝓm quosdaz est causa antecedens:et ꝓm aliquos est causa coniuncta licet Auicẽna dicat.iij.canonis:q̃ debilitas digestiue epatis est causa coniũcta:non dicit simpliciter q̃ sit coniuncta causa:sed dicit est quasi coniuncta causa:quasi vt plurimum debilitatem sequitur cacesia: que est mala complexio: dispositio precedens ad hydropisim: et ipsa aqua que videtur fere causa coniuncta citrina:non tñ inde curandum est quecunq̃ sit ista aqua. Sed ad euacuandum ipsum et exiccandum omnes auctores student:qua euacuata cessat tumor aquosus qui est ipsa hydropisis. Euacuatur autem infallibiliter vt poteris experiri:cuz succo kachile:que latine dicitur soldania. herba est nascens in littoribus maris et precipue meridiani nostri:de quo succo sumat a media libra vsq̃ ad.ʒ.viij.cum.ʒ.j.ʒuccari rubei tepefiat aliquantulum sumãtur in matutinis:z videbis mirabilia de euacuatione aque citrine et illo die nihil vel parum comedat eger.et hoc fiat de decimo in decimum diem. Hec enim herba a tota specie confortat epar:et educit aquam citrinaz:que

Confectio.

Puluis.

Saccul9 ad stomachum.

Unguentum.

Aliõ vnguentuz.

Lotio cruris.

De ascite.

Mirãda hic dicũt de herba quã arabes kachile vocant latini ꝓ soldaniam.

duo sunt quasi basis in cura hydropisis. Et notatu dignuz est scire q̃ apud arabes inuenitur cacele et kachile. Cacele est cardamomum:sed kachile est herba soldania tam dicta: et in hoc apparet error gerardi cremonensis in translatione. Nam in tertio canonis capitulo de cura ascitis:purgetur cum aqua cardamomi: nunq̃ enim cardamomũ euacuat:neq̃ est solutiuũ:sed errauit nõ intelligendo vocabulũ. Hic error manifeste apparet inde simplicibus.ipse enim ponit duo capitula:videlicet cacele id est cardamomum z cachile idest soldania:de qua nos magnam habemus copiam. Hec etiam Rasis.iij.almansoris tangit dicẽs.cachile aquã citrinam euacuat.et vrinam prouocat. Et ipse Gerardus transtulit vtrũq̃ librum:et ideo vtrobiq̃ errauit:licet sit error in vocabulo tñ:non tamen est paruus.nam quãdoq̃ error resultat maxim9 in opere:post tertiam purgationẽ oportet vt volutentur in arena maris subtilissima tempore estatis et meridie tẽpore magni estus bene cooperto toto ventre ab hora sexta vsq̃ ad vesperas tribus diebus continuis:ita vt sit totus sepultus in arena. Si ꝓ non sit ibi mare:et sit in hyeme:calefacere oportet arenã maris: vel aliã arenam cuz admixtione octaue partis de sale in furno calido:ita q̃ arena sit multum calida: z tunc in solio domus sepeliatur eger in arena predicta calefacta in tres partes : ita vt cũ vna pars infrigidatur:alia renouetur videbis ventrem diminui z ad nihiluz deuenire tumorez. In cura ascitis cum apostemate calido vel frigido:non te intromittas. In cura vero hyposarche procedas euacuando z purgando, cum electuario facto in hunc modũ. Accipiatur fructus cucumeris asinini tempore canicularũ dierum: z exiccetur ad solem semper proiciẽdo aquam:que supernatat donec siccetur:tunc.℞.eiusdẽ succi.ʒ.j.bdellij.ʒ.j.masticis.ʒ.ℸ.salis gemme.℥.ij.incorporentur simul.et cum volueris dare:forma pilulam istaz ad modũ piperis ciceris vel fabe:da in sero eunti dormitum vnam solã:et videbis mirabilia:verũtamẽ sit medicus prudens in exhibendo cucumer asininũ:nam a solis prudentibus medicis exhiberi debet. Confortetur epar cum oleo nardino et emplastro quod scribit Rasis nono almãsoris capitulo de egritudinibus epatis:in quo egreditur calam9 aromaticus spice roꝗ.z c. Et detur eadem mixtura ex diacucurma et rosata nouella. Ultimo deueniat ad arenam calidã. Ad ascitem cum tympanite fiat iste syrupus:et sumat de eo omni mane.ʒ.j.℞.scolopendrie mellisse.añ.℥.j.radicũ feniculi:petrosilini:tamariscj:liqritie:eupato. añ.ʒ.j.se.portulace:capparũ.añ.ʒ.ℸ.seminũ anisi:endiuie: feniculi

Et fortasse desiccantia exterius apponere:et medicinas abstergẽtes est euacuare: quemadmodũ hydropisim patiẽtes faciũt iuuamẽta sepeliẽdi in arena. Cura hyposarche notabile. Mixtura.

Saccu-
lus.

sandalorũ rubeorũ.añ.ʒ.iij.ʒuccari lib.j.fiat syrupus:sumatur cum decoctione scolopendrie.Itẽ fiat sacculus in quo bullãt hec.℞. absinthij:seminis aneti:capparor:tamarisci:camomille: calamẽti.añ.ʒ.ß.⁊ frequẽter ponat ad splenẽ ieiuno stomacho. Sero ad minus vna hora ante cenã sumat.ʒ.iij.dyarodon abbatis cũ pauco potu vini puri:vel parũ limphati:comedat carnes pullinas vel perdicum:bibat vina mediocria parum limphata.

De regio morbo:quem Ictericum seu Ictericiam recentiores vocant. Caput.xiiij.

Ex traditione grecorum ⁊ latinorum. §.j.

Cterus a grecis:a nobis morbus regius dicitur. Est eñ morbus cum per totũ corpus bilis suffunditur que interdũ nigra interdũ flaua est. Et dicit ab ictero aue:de qua plinius lib.xxx. naturalis historie.c.iij. Auis(inquit) icter vocat a colore: q̃ si spectetur sanari id malũ tradũt:⁊ auẽ mori.Hãc puto latine vocari galbulã.hec ille. q̃ autem alij dicũt morbũ vocari icterictã:vir inuenies apud receptos: q̃ si aphorismi hippocratis ita habeãt:⁊ alie recẽtiores trãslationes:non mihi faciunt auctoritatẽ dũ ego de fonte vnde hauriunt:⁊ ex illustrib⁹ auctoribus me accipere ꝓfitear:nec in hoc accusandus hipocrates:sed librarij imperiti qui optimos libros mẽdosissime exscribere consuerunt:nec viciositas codicũ nisi in librarios retorquenda. Sed redeamus.Icterictus dicitur qui patitur icterum:quibus diuersis alijs nominibus appellatur. dicitur eñ a plinio: varrone horatio ⁊ sereno morbus regius:et quare sic dicatur reddit Samonicus rationẽ duobus versibus.Regius est ꝯo signatus nomine morbus.Molliter hic qm̃ celsa curatur in aula. Aliter hic morb⁹ a Celso aurigo appellatur:⁊ homo auriginosus:qui patitur.Dicitur ⁊ arquatus:a colore celestis arcus:vt dicit Nonius. Et vt dicit acron super artem poeticam Horatij.quidam demoniacũ nõnulli comitialẽ:alij aquariũ.vocãt. et Iuuenalis ictericon satyra sexta.Consulit icterice lento de funere matris. De hoc morbo hippocrates ait.Si post septimũ diem febricitantẽ egro superuenit tutum esse:mollibus tm̃modo precordijs substantibus. Dyocles ex toto si post febrem oritur etiam prodesse:si post hũc febris occidere.Color autẽ eum morbũ detegi maxime oculor: in quibus quod albũ esse debet:fit luteum Asclepiades aquã quoq̃ salsam ⁊ quidẽ per biduũ purgatiõis causa bibere cogebat: ijs que vrinam mouent relectis.Est aũt icteros(auctore paulo egyneta) morbus cum per totũ corpus bilis suffundit: que interdũ nigra:

interdũ flaua est.Potionandi sunt arquati aplij:vel adianthi: vel lapathi:vel serpilli trita decoctione:aut absinthium potui ingere. Prodest autẽ multũ raphani succus cum vino potus cyathus:et succus cichorij cyathorũ.ij.vel.iij.per se vel cuʒ vino. In inflãmatione ꝯo iecoris arquatos potionator cenomelle aut coctione tenuis aristolochie:aut hyperici:aut adiãthi:aut structhij: aut erythrodani:aut abrasure cornu cerui.ʒ.j.cũ vino:aut sulphuris apyri.ʒ.in ouis absorbeat.Hec plurimũ ad oppilationẽ faciũt: dato cinamomũ triũ digitor quãtitate tolle cũ cenomelle cyathũ: aut myrrhã fabe magnitudine:cũ piperis granis.v.tãtũdẽ cinamomi.

Ex traditione penorum ⁊ arabum. §.ij.

Cterictia quidẽ fit aut propter caliditatẽ epatis multam per seipsum natã:aut qm̃ epar calefactũ est ex cibis:aut medicinis calidis:aut apostemate:aut oppilatione:aut ꝓpter multitudinẽ cholere rubee: aut ꝓpterea q̃ natura expellit eam ad exteriora corporis: aut ex morsiõe vermiũ:aut animaliũ venenosorũ calidorũ:aut propter debilitatẽ fellis ab attractione cholere rubee: aut ꝓpter oppilationẽ meatus quo attrahit cholera ab epate:aut propter oppilationẽ meatus quo expellitur cholera ad intestina: et illorum quidem quorũ epata ꝓm naturam sunt calida colores sunt citrini semper:⁊ in albugine oculorũ eorum semper est citrinitas: et non accidit eis inde maximũ nocumentũ:nisi cũ illud superfluit in eis.

Rasis in lib. diuisionũ. ca. lxiiij.

Serapio iiij. breuiarij ca. ix.

te:ac ob ipsius infirmitatem:vel vim extrariam sepe e vẽtre excer
nitur quiddam simile eis:que ex ablutis recentibus eiscitur car
nibus ob hoc he patriam hãc vocitãt dysenteriam. Communiter
igitur vtendum est remediis:quibus in celiacis aliisqz cõtra na
turam vtimur excretionibus:at propria commoda erit lemnia si
gillata:seu pota:seu abiecta prius clystere facto ex mellicrato:in
de salsor et portulace succus idoneus a dysentericis potus ipsaqz
portulaca cocta in oxycrato mãsa.conuenit etiam arnoglossum
et bati fructum ac folia:⁊ altee radicis coctio. Hippuris ex aqua
vel vino pota:eiusqz succus. Fluores etiam alui arefaciunt ouа ex
aceto tosta et mãsa. Nõnunqz aũt(vt Celso placet)lumbrici occu
pant aluuz:hicqz modo ex inferioribus partibus modo sedius ore
redduntur. Atqz interdum latos eos: qui peiores sunt:interdum
teretes videmus. Si lati sunt aqua potui dari debet:in qua lupi
num aut corter mori decoctus sit:aut cui adiectum sit contritum
vel ysopum vel piperis acetabulum:scamonee pauluz:vel etiam
pridie cum multum allium ediderit :vomat. posteroqz die mali
punici tenues radiculas colligat quantum manu comprehendet:
easqz cõtusas in aque tribus sextarijs decoquat:donec tertia ps
supersit. huc adijciat nitri paulum et ieiunus bibat. Interposi
tis deinde tribus horis duas potiones sumat aut aque:vel mu
rie dure sic adiecte.tum desidat subiecta calida aqua in pelue. Si
vero teretes sunt:qui pueros maxime exercent:et eadem dari pos
sunt:⁊ quedaz leuiora:vt contritũ semẽ vrtice:aut brassice:aut cu
mini cum aqua:vel menta:vel absinthiũ decoctum:vel ysopuz ex
aqua mulsa:vel nasturcij semen cũ aceto contritum. Edisse etiam
⁊ lupinum et allium prodest:vel malue oleum subter dedisse.

¶ Ex traditione penorum et arabum. §.ij.

Quando autem euacuatio est supra consuetudinẽ:tũc Serapio
est aut ꝓpter grauitatem multitudinis eius quod retertio bre
cipitur supra stomachum.aut quoniã mordicat sto- uiari cap.
machum acuitate sua:et vadit ꝓpter illud ad expel xviij.
lendum illud.aut ꝓpter viscositatem ciborũ ⁊ lubrici
tatẽ eorũ:⁊ proprie quãdo ambulat q̃ accipit ipsos successione su
sceptionis eorũ:aut ex debilitate eorum:qm̃ cibaria sunt ꝓminu
ta a necessitate sunt superfluitates eorum diminute:etiã et si sunt
grossa ponticia:tardaẽ in descensione. Et nõ est tarditas euacua
tionis superfluitatis:et antecessio eius ꝓpter debilitatẽ stomachi
et intestinorũ tm̃:sed propter debilitatem lacertorũ qui sunt sup
stomachũ et pectus etiã. Et euacuatiões cõtinue quidẽ fiunt:aut
ꝓpter debilitatẽ :aut mordicationem. Scias q̃ lubricitas stoma
chi nõ est nisi egritudo ventris et intestinorum: que accidit vt lu
bricent comesta velociter ꝓpter quod alterẽtur penitus:nec qua
litate sua:nec ipsorum sustãtia. ¶ Cõstãtinus siue Isaac. Lieteria Isaac si
nascitur ex defectione virtutis cõtentiue in stomacho:vel ex vulne ue Cõstã
ribus in superficie stomachi ⁊ intestinorũ. Defectio contẽtiue est ex tinus in
mala cõplexione stomacho dñante:vel intestinis. Hec complexio Isaac.iiij
si est perfecta et firmata vt exire nequeat: aliquãdo inter stoma- viatici.c.
chum et intestina humor proprius vnde nascitur est phlegma:pa- xiiij.
titur infirmus semp oxiremiam.id est inseparabile accidens: exit
cibus ilico cũ ingreditur sine vlla digestione vel expressione virtu
tis:vulnera in superficie stomachi vel intestinorũ causam habent:
humores acutos calidos pũgitiuos insequẽtes cõtentiuã virtu
tem velociter anteq̃z digerere incipiat:hoc modo infirmus sentit
punctura ⁊ ardorẽ:⁊ nisi festinemus medicinã in dissinteria muta
tur. Hec species lyenterie non habet oxiremiã in principio:que si
quãdoqz appareat cibũ morari in stomacho tãdiu ibi esse significa
cat donec natura aliquãtulũ mutat:vnde naturã intelligimus in
suã actionẽ reuersam. Sed cũ videaẽ infirmus nihil tenere intra
stomachum:vnde hoc fiat inquirendũ est:aut eñ est ex defectione
virtutis cõtẽtiue in stomacho vel intestinis:vel ex vulneribus. Si
ex defectione virtutis contentiue:videndum est vnde defectio sit:
aut ex mala complexione sibi dñante:aut de materia ibi coadu-
nata. Si sit ex materia ibi coadunata:mũdificãdi sunt humores
cũ medicina que cũ expressione deponat. Si ex mala cõplexione
sit sola:interrogemus infirmũ vtrũ ardorẽ sentiat intra stomachũ
⁊ sitim:⁊ fumosam eructuationẽ. Ex his eñ intelligimus:q; ex in
cẽsiõe caloris sit. Si nõ senserit ⁊ multũ comederit ⁊ parũ digesse

rint perpendimus q̃ ex frigore fit: deinde medicanda sunt contraria contrariis. Dissinteria est egestio sanguinis cũ excoriatiõe vel vulneratione sui. Causa eius vel interior est vel exterior. Interior sicut digestio als egestio cholerica acuta pũgitiua: quam patitur infirm⁹ cũ p̃ intestina cholera acuta trãseat pforans et excoriãs: vel ex suo acumine vulnerans: vel ex salsi phlegmatis acumine: ⁊ sua salsugine idem in intestino faciẽte sicut videmus in vitri actione: vel in vitreo phlegmate vel aquosa humiditate. Exterior sicut de pharmacia que ex virtute sua et acumine facit simile. Cum enim intestinum inueniat defectum et discoopertum excoriat velociter ipsum. Uniuersalis significatio dissinterie est tortura: et angustia et egestio sanguinolenta mixta cum cholera rubea: vel cũ re alta coagulata alba et viscosa in interiori quasi vestimentum intestini. Particularis significatio dissinterie est cum hec apparent in digestione. Si enim est cholerica: intelligimus esse ex cholera rubea. Si phlegmatica cognoscitur esse ex phlegmate salso. Si exterior sit causa ex inquisitione infirmi est intelligenda. Ascarides et lũbrici solent nasci in intestinis qui vniuersaliter ad rem extra naturam pertinent: vnde expelli oportet. Causa eorum est saturitatis multitudo: et indigestibilium ciborum acceptio: de quibus in intestinis crudi adunantur chimi: quibus cum calor dominetur excoquentur: et inde animalia illa generantur. Sunt qui dominantur in subtili intestino superiori: hi vocantur lumbrici: quia longi sunt: et quidam nascuntur in grosso intestino quod est sub vmbilico: et ascarides vocantur et cucurbitini. Qui hanc habent speciem: multum comedunt: et si non comedant: sentiunt punctura: et incisionem sub vmbilico et in ventre. Sunt quidam nascentes in inferiori intestino quod vicinum est ano: hi sunt vermes minuti: qui si ibi remaneant vt crescant: patitur infirmus molestationem ceteris priorib̃us maiorem: sicut ablationem desiderij cibi: stuporem: mentis alienationem: febrem et aliquando stridorem dentium in somno: maxime si non saturentur cibo: aliquando dormientes garriunt: et cum excitantur trementes surgunt plurimi linguam emittunt ab ore: et quasi masticant cum nihil in ore habeant. Oportet ergo vt festinemus ad eos emittendos: quia si in visceribus remaneant: corpus consumunt: membra emolliunt: neq̃ expelluntur nisi prius interficiantur.

Auicẽna fen. xvi. iij. cano. ¶ Auicenna. Scias quod omnis fluxus ventris aut est ex cibariis et cibis: aut aere continente: aut ex membris. Et fluxus apostemosus sanior est q̃ epaticus: et ille qui est ex debilitate: est susceptibilior curationis. Quecumq̃ autem excoriatio melan-

cholica est euenienes fm̃ semitam iceptionis: est mortalis. Et multotiens quidam perforant intestina habentis vlcera: ⁊ morit fm̃ plurimum. Inquit hippocrates. omnis fluxus ventris post egritudines subito est malus: ⁊ significat mortem ꝓpinquam. Et singultus in fluxu ventris est significatio mala. Et fluxus stomachi sanguineus sine dolore plurimo: ⁊ absq̃ nocumento sequente ipz in appetitu ⁊ alijs: est saluus. Fluxus ventris prohibet inq̃tum est fluxus cũ stipticitatem facientibus ⁊ ingrossantibus materias ⁊ facientibus conglutinationem: q̃nq̃ etiam necessaria sunt narcotica. Et q̃nq̃ curat fluxus ventris cũ diureticis: ⁊ sudorem facientibus: ⁊ dilatantibus poros: ⁊ vomitum facientibus: omnia namq̃ hec mouent materiam ad contrariam partem fluxus. Et scias q̃ dormire est ex rebus magis iuuantibus et qui hz fluxum ventris. Et ex retinentibus fluxum est positio ventosarum sup̃ vẽtrem: ⁊ balneum: ⁊ fricatio. Et interdicat eis vinum: si aũt nõ fuerit excusatio ꝓp̃ virtutem: tunc sit nigruz saporis stiptici ⁊ paruz: ⁊ si expectauerint vt non bibant omnino: curatur per se. Oportet vt cũ sciueris q̃ causa in ipso est oppilatio in epate ⁊ meseraicarum: vt intendas cũ apertione oppilationis. Et scias q̃ adeps caprarum bonum est supra totũ illud qd̃ aggregatur in clysteri ex glutinatiuis: est enim succurrens: ⁊ sedans mordicationem: ⁊ portat super locum egritudinis velociter. Scias q̃ clysteria pinguia glutinatiua sedant dolorem eius q̃ habet vlcus in intestinis suis corrosiuuz: sed non sanant. Et non cures in corrosione nisi de medicinis conferentibus corrosioni: licet q̃nq̃ ledant: ⁊ dolorem faciant non tũ respiciatur ad id. Non oportet vt retineatur fluxus creticus cũ non perducit ad timorem. Si teſnamon fuerit ab vlceribus ⁊ corrosione: nõ cibentur amaris: neq̃ salsis valde neq̃ acutis: neq̃ acetosis valde: omnia enim ista faciunt egestionem mordicatiuam doloroſam aut excoriatiuam. Et scias q̃ frigus facit tenasmon in pluribus horis. ¶ Rasis. Excoriationis aũt que fit in ano ⁊ est teſnamon: signa sunt frequentia assellationis pauce sicut sputum. Verbi gratia: cũ dolore ledente ꝓpe anum: ⁊ illud cũ quo egreditur egestio non est pmixtũ cũ fece: ⁊ iuuant habentes eam suppositione collyrij pluſq̃ reliquis curatõibus. Confectio trociſci ad tenasmõ expti. ℞. seminis iusquiami ſe. aneti ſe. fenicuili añ. z. v. ameos. z. iij. f. opij. z. iiij. seminis apij. z. j. fiant trociſci auf. j. detur. j. ⁊ administretur cum non est caliditas.

Rasis in li. diuisionum. cap lxviij.

¶ Ex traditione auctorum recentium. §. iij.

IN hoc loco agitur de triplici fluxu vẽtris: sicut de diaria lyenteria ⁊ dissinteria. Differentia aũt ponitur inter diariam: lyenteriam ⁊ dissinteriam: qꝫ in diaria est simplex fluxus humorum: vt ciborum sine ventris excoriatione: vel cõtinuitatis solutione. In lyenteria est egressio ciborꝫ indigestorũ nõdũ in humores conuersorꝫ. Dissinteria est fluxus humorũ. sed cũ excoriatione ⁊ continuitatis solutione. Dyaria vero de facili conuertit in lyenteriam ⁊ in dissinteriam. Fit aũt dyaria vel ex nimia repletione humorꝫ: vel ex eorꝫ nimia liquiditate: vel a nimia fluxibilitate: vel a nimia vasorꝫ vel orificiorꝫ largitate: vel a nimijs reumatismis a capite ⁊ ab alijs membris ad stomachum ⁊ intestina deriuatis: vnde viscera oia ⁊ eorꝫ orificia lenia ⁊ lubrica efficiunt vnde continenda nequeũt retinere. Lyẽteria autẽ fit aut ex cibarijs: aut ex supflua humiditate: aut ex mẽbris. Fit aliqñ ex cibarijs nimis pinguibus ⁊ viscosis: qui non tandiu possunt sustineri vt digerant: sed talis lyenteria cito recipit correctionem. Itez fit lyenteria ex mẽbris id est ex vitio membrorũ: vt qñ lacerti q̃ sunt infra virtutis retentiue: sunt paralyticati: ex paralysi enim taliũ deficit retentiua. Itẽ fit lyenteria post dissinteriã pp abrasionem villorum stomachi ⁊ intestinorꝫ: ⁊ hec est incurabilis. Itẽ fit lyenteria ex vulneribus intrinsecis stomachi ⁊ intestinorꝫ que sunt ab humoribus acutis. Item fit lyenteria ex defectu virtutis retentiue pp maliciã complexionis soluz: ⁊ iterum fit pp phlegma viscosum sit villis adherens: vnde oia reddunt lubrica: ⁊ talis lyenteria lubricitas stomachi ⁊ intestinorum appellat pp phlegma viscosum ⁊ lubricum: ⁊ villos stomachi replet: vnde cibus lubricus non põt retineri donec imutetur. Signa aũt lyenterie incurabilis habent per dissinteriam precedentem. Signa lyenterie ex paralysi habentur per insensibilitatem ⁊ frigiditatem. Signa lyenterie ex vermibus habẽtur: qꝫ dolor ⁊ mordicatio precessit. Signa aũt lyenterie ex viscoso phlegmate sumuntur ab egestionibus viscosis phleginaticis. Lyenteria vero ex defectu virtutis contentiue dignoscitur per hec: ⁊ p priuationem aliorũ. Fluxus aũt qui est cũ sanie ⁊ sanguine aut fit ex vubellati que erumpitur: ⁊ illud fit ex percussione: ⁊ puenit aut subito plurimũ eius: aut paulatim: aut pp venam ruptã: aut pp debilitatem epatis a digestione: aut pp excoriationem: ⁊ excoriatio fit in intestinis superioribus: aut inferioribus: aut in ano. Et excoriatio alia est mala putrida antiqua ⁊ alia cum quã non est putrefactio: ⁊ alia que fit a cholera: ⁊ alia q̃ fit a phlegmate salso: ⁊ alia q̃ fit a cholera nigra: ⁊ de istis

alia est in intestinis superioribus: ⁊ alia in inferioribus. Egestio sanguinis puri sit ꝓpter solutionem continuitatis. Egestio vero sicut substantia carnis causa est massa sanguinis coagulati ⁊ condensati. Et aliquando est fluxus ventris ex splene: aliqñ a capite ꝓpter catarrum descendentem a cerebro ad stomachum: ⁊ appellatur cerebrellaris. Aut fit fluxus a stomacho cum non est digestus cibus: aut fit a toto corpore: ⁊ qñqꝫ ad bonum: qñqꝫ ad malum. Et aliquando dissinteria est epatica: aliqñ ab intestinis cum rasione ⁊ dolore. Et aliqñ fit ꝓpter meseraicas propter malã dispositionem ipsarum. Et aliqñ egestiones sunt chilose: ⁊ causa est debilitas attractiue: que est in epate aut oppilatio vel apostema que sunt in sima epatis: vel in meseraicis: vnde non potest chilus penetrare ad epar vt fluat chimus. Cause ꝓo aquose egestionis vel ablutiue vel lauatiue est debilitas digestiue vel retẽtiue. Causa vero cholerice egestionis est multa cholera cum forti expulsiua Causa vero virulente egestionis est fortis adustio humorũ ⁊ corruptio: ⁊ quandoqꝫ ruptura apostematis: ⁊ iste fluxus aliquando est periodicus. Egestio vero nigra vel grossa vel subtilis est ꝓpter rupturam apostematis venenosi: aut corrosiones vel vicera: aut sanguinis adustionem circa epar vel in vasis. Egestio melancholica est a splene: quando videlicet oppilatio aperitur. Medicine simplices que valent contra fluxum ventris. Primo coagulum leporis vel hedi sumatur. ʒ. j. cuz. ʒ. j. aque plantaginis tepide. Secundo tyriaca recẽs propter optiũ: que si non recens reperiat: sumat de ipsa. ʒ. j. opij gra. v. ⁊ misceatur cum aqua plantaginis tepida: vel vino grosso de torculari. Tertio sunt lentes excoriticate q̃ cum corticibus sunt laxatiue ⁊ fortissime bullite: ⁊ postea in patella assate cum pinguedine mutonis: ⁊ ministrare cuz pauco aceto. Quarto est sanguis mutonis fortiter decoctus sine sale ⁊ pinguedine cum brodio mutonis. Quinto est sanguis turturis antique datus in potu cum vino grosso de torculari: ⁊ non coquatur sanguis. Sexto est semen nasturcij integrum assatũ in sartagine ministratum cum lacte butyroso in quo ferrũ vel lapilli sint extincti. Item magna ventosa si patiens eam tolerare potest sine scarificatione sup vmbilico. Itẽ aliqui faciunt suffumigationes ab extra cũ sella pforata: ⁊ fumus recipiat p anũ cũ aceto fortissimo in quo pisciantur prune ignee: vel lateres antiqui igniti. Itẽ electuarium ad idem ℞ corticũ citri cum zuccaro conditorũ minutim incisorꝫ: carniũ citoniorꝫ conditorꝫ: cõserue rosarꝫ antique añ. ℥ ß. cõserue buglosse antiqua. ʒ. iij. interioris. cinamomi electi: florum cameleon añ. ʒ. j. ß. coralli albi ⁊ rub. fortissime abluti cum aquis

De curatione fluxus vẽtris quãdo fluxus ẽ simplex vel sola diaria.

Electuarium i fluxu.

exciccatiuis añ.ʒ.iij.sang.draco.ʒ.iij.℥.sandal.albi ⁊ rub.coriandri preparati acatie hypoquistidos añ.ʒ.j.℥ zuccari lib.℥.aque buglos se succi citoniorum añ.℥.iij.fiat electuarium per bolos. Item potus aque prunellorum ⁊ sorbe ⁊ nespile comeste ante prandium mirabiliter stringit. Item in tenasmone qñ patiens surgit de sella lauando pudibunda cum aqua frigida: ⁊ postea bombacem super ponēdo in eo quod sequitur. ℞.olei rosati antiqui.℥.j.vitelli ouorum fortiter conquassatorꝫ duo: optij puluerizati.ʒ.j.misce ⁊ tepefiant ⁊ hoc facto inūgat bombix bene carminata que pōatur intra pudibunda quantum potest. Contra dissinteriam que sequuntur fiāt. Clystere primo pōt fieri tale. ℞.aque decoctionis ordei torrefacti: qd sufficit pro decoctione herbatum infrascriptarum: foliorum plantaginis.M.iiij.corrigiole seu centinodie.M.ij. ⁊ vitellū oui numero.j.olei ros.℥.iij.gūmi arabici.ʒ.ℨ.pinguedinis hirci ℥.j.⁊ fiat decoctio: cuius colature. ℞.℥.xv.reliquas ℨo medicinas adde misce ⁊ fiat clystere. Istud clystere sibi imponat tepidum stomacho ieiuno saltē semel in die. Julep potabile delitiosum in dissinteria. ℞.vini granatorꝫ.℥.vj.granorum ribes.℥.ij.sumach.℥.ℨ.tamaridorꝫ.ʒ.iiij.margaritarꝫ.ʒ.ij.syrupoꝫ de acetositate citri.℥.vij.rosarꝫ.℥.vj.aquarꝫ plātaginis ptes.ij.acetose ptē.j.aqua cisterne calibeate ptes.iiij.de his trib⁹ simul qd sufficit ad oim supradictorꝫ decoctionē: ⁊ fiat iulep vt decet ꝗ artē. Puluis ad idē. ℞.coriādrorꝫ preparatorꝫ.℥.ℨ.se.plantaginis.ʒ.ij.corallorum rub.se.acetose añ.ʒ.j.puluerizent subtiliter: deinde misce ⁊ aliqñ capiat cū crusta panis assata in principio prādij ⁊ cene: ⁊ post comedat bolos tres citonij optime decocti.bibat aquā cisterne ⁊ calibeatam: ⁊ ipsam aquā aliqñ bibat mixtā cū tātūdē vini nigri nō multū vinosi. Solutiuū facile ventrem stipticū relinquens. ℞.miclete.℥.ℨ.reubarbari torrefacti ꝗm canones.ʒ.j.aquarꝫ plantaginis partes.iij.acetose ptes.j.de his aqs simul qd sufficit fiat potio vt decet ꝗm artē. Istud assumat in aurora: ⁊ postea dormiat per duas horas: ⁊ postea stet ieiunus horis quattuor: ⁊ non sumat lauatiuū aliqd. Potest etiam dari aliud remedium ꝗm tamen discretionem medici vt. ℞.absinthij viridis.M.j.ℨ.mente viridis.M.ℨ.masticis.℥.ℨ.gariofilorum.ʒ.j.macis.ʒ.ij.calami aromatici.℥.j.rosarum florum labrusce añ.M.j.sumach myrtilli simul bullant in vini nigri ⁊ aqua fluuialis munde ⁊ clare quod sufficit ꝓ fomētatione vsqꝫ ad consumptionem quarte partis ipsius liquoris: deinde reliqua puluerizent grosso modo: vltimo ipsa puluerizata dicte decoctioni addant. Digestiuum humorꝫ aqueorꝫ ⁊ cholere simplicis ⁊ adustē ⁊ phlegmatis salsi: fluxūqꝫ iterciplens: aut aliqua

Remedium in tenasmone lauamen.

Clystere in dissinteria.

Julep in dissinteria delitiosum.

Puluis valde bonus.

Solutiuū facile.

Aliud remediū in dissinteria.

Digestiuum.

liter sistens. ℞.aquarum rosarum.℥.xij.acetose.℥.vj.sumach.℥.ℨ.masticis.ʒ.j.spodij.ʒ.ℨ.sumach spodium ⁊ mastix contundantur grosso modo: deinde simul bullant in ipsis aquis ad lentum ignē vsqꝫ ad consumptionem quarte partis ipsarum aquarum: ⁊ vsui reserua. Syrupus contra dissinteriam in gracilibus intestinis ⁊ peruenit ad exeuntia epatica ⁊ ad singultum prauum. ℞.passularum.℥.iij.liquiritie.℥.j.ℨ.sandalorum rub.absinthij radicis fenicuili petrosilij seminis endiuie berberis cinamomi añ.℥.j.rosarum semi.anisi squinanti añ.ʒ.ij.spice.ʒ.j.reubarbari.℥.ℨ.zuccari.℥.vij.aque endiuie.℥.iij.fiat syrupus. dosis.ʒ.j.ℨ.in mane. Julep ad fluxum ventris. ℞.aque endiuie aque lupuli añ.℥.vj.ponatur in infusione cinamomi.ʒ.ij.zuccari.℥.v.fiat iulep. Ad dissinteriam puri lactentis cum febre. ℞.aque arnoglosse.℥.viij.passularū torrefactarum.℥.ℨ.seminis ro.ʒ.ℨ.zuccari tabarzet.℥.vj.fiat iulep. Ad idem in initio. ℞.olei onfancini olei de citonijs olei masticini añ.℥.ℨ.inungatur stomachus. Clystere in excoriatione intestini recti quando esset ibi tenasmō. ℞.thuris albi sanguinis draconis terre sigillate boli armeni añ.ʒ.j.croci.ʒ.ℨ.accipiatur ex istis puluerib⁹.ʒ.ij.⁊ cum cyatho succi arnoglosse ⁊ pauca aqua ordei: vel cum vno cyatho plantaginis fiat clystere bonum ⁊ expertus. Cōtra vermes ⁊ exitus ani. ℞.succi absinthij quod sufficit ad infusionem infrascripte mice panis in canone infrascripto.aloes epatici.ʒ.j.gentiane.ʒ.ℨ.nigelle.ʒ.ij.masticis.ʒ.ℨ.lupinorum.ʒ.j.myrrhe.ʒ.ℨ.coriandrorum preparatorum.ʒ.ij.corallorum rubeorum.ʒ.ℨ.fellis tauri aut bouis.ʒ.ij.puluerizanda puluerizētur seorsum ⁊ diffoormiter vt decet secundum canones: deinde in dicto succo absinthij infundantur: ⁊ ex dicto succo imbibatur mica panis grossitiei vnius digiti ⁊ figure scutalis siue in modū scuti: postea ipa mica panis taliter imbibita aspergatur ex dicta mixtura puluerisin fellē tauri aut bouis: vltimo mica taliter imbibita ⁊ aspersa suauiter in velo serico subtili ⁊ raro ⁊c. Clystere contra vermes. ℞.lactis caprini.℥.xij.mellis.ʒ.ℨ.Unctio. ℞.oleorꝫ masticis.℥.ℨ.absinthij amygdalarum amararuꝫ añ.℥.j.puluerisaloes absinthij gētiane añ.ʒ.ℨ.nigelle.ʒ.ij.seminis portulace coriandrorū corallorꝫ rubeorum añ.ʒ.ℨ.fellis tauri.ʒ.j.baurach.ʒ.ℨ.cere quod sufficit ꝓ vnguento puluerizanda puluerizentur deinde omnia simul misce ⁊ fiat vnguentum. Pilule solutiue vermiū ⁊ humorum ipsorū. ℞.aloes.ʒ.ij.myrrhe.ʒ.j.ℨ.croci.ʒ.ℨ.reubarbari.ʒ.ij.corticum radicum capparorum baurach thimi añ.ʒ.j.puluerizentur subtiliter deinde omnia simul misce: ⁊ cum syrupo de absinthio quod suffi-

Syrupus in dissinteria.

Julep ad fluxū ventris.

Clystere ꝗ excoriationem.

Contra vermes remedia.

Clystere Unctio.

Pilule ꝗ vermes.

cit ad incorporanduz reformentur pilule.viij.pro.ʒ. Potus digesti
Potus digestiuus. uus.℞.agrimonie.M.iij.radicis graminis.M.j.siliginis.ʒ.ß.co-
riãdroꝝ preparatoꝝ.ʒ.iij.se.portulace.ʒ.j.misce:deide oia bulliãt
Puluis ꝓ epithimate. in sufficienti aqua ad consumptionẽ tertie partis: deide exprimã
tur ⁊ colaturã vsui reserua. Puluis.℞.aloes absinthij añ.ʒ.j. bau
rach.℈.j.gentiane.ʒ.ß.calamẽti masticis nigelle mente abrotani
añ.℈.iij.coriãdroꝝ preparatoꝝ coralloꝝ rub.añ.ʒ.j. fellis tauri.ʒ.
iij.succi cepe.ʒ.ß.pulue.puk.deinde oia simul misce:⁊ semel aut bis
in die inungat stomachus ex oleo de absinthio calido:postea as-
pergat ex isto puluere supra stomachum.ʒ.ß. Confectio.℞.dipta
Cõfectio ꝑ vermes mi albi.ʒ.j.nigelle.℈.j.ß.portulace.ʒ.iij.coriandroꝝ preparatoruz
℈.iij.cornu cerui vsti.ʒ.j.,uccari albi.lib.j.misce:⁊ cũ aquis agrimo
Emplastrum. nie gentiane añ.qꝫ sufficit fiat confectio solida in forma rotũda.
Electuarium.℞.tyriace antique.ʒ.ß.Emplastrũ.℞. radicis enu
le.ʒ.j.foliorꝝ viridiũ absinthij rute mente abrotani añ.M.j.nucleo
rũ persicorum lupinorꝝ añ.ʒ.ß.baurach.ʒ.j.thimi nigelle gẽtiane
aloes añ.ʒ.j.ß.fellis tauri.ʒ.iij.cepe.ʒ.j.coriandroꝝ preparatoruz
sumach semi.portulace añ.℈.iij.olei absinthij olei amygdalarum
amararum añ.qꝫ sufficit. Radices herbe nuclei ⁊ cepe contundã
tur:⁊ deinde sufficienter bulliant. Ultimo oia cum reliquis incor-
porentur:⁊ fiat emplastrum ad lentum ignem.

¶ De hemorroidibus ⁊ egritudinibus ani. Caput.viij.

¶ Ex traditione grecorum ⁊ latinorum. §.j.

Qui exitus anus dꝫ vbi musculi sunt:q̃bus astringitur
cũ opus est:aut larak.inibi venaꝝ oia sunt tanq̃ ex ca
pitulis q̃busdã surgẽtia:que sepe tetrũ sanguinez fun
dũt:sicut e naribus. Hemorroidas greci vocãt: eo pro
luuio purgatiõis vice vtunt:nec valde ibecilliores ob
id fiũt:ideo iportune q̃dam curati:cũ sanguinis exitum non habe
rent inclinata in precordia ac viscera dira illa materia subitis: ac
grauissimis morbis correpti sunt:in eadem parte:que corona est
⁊ sedes dicta condilomata innascunt tubercula quedam q̃ nunc
dura:nunc mollia que ex inflãmatione oriri solẽt: verũ si vetera ⁊
iam induruere:medicamẽtis causticis interdũ adurunt. Anus si-
cut ⁊ vulua ꝓcidit quã sedis ꝓcidentiã vocamus vel sedem con-
uersam quã stipticis retro agimus:vlcera eidez ⁊ fungi similiaq̃
innascunt:que aduri solent. Marisce itẽ ⁊ rhagades anũ infestãt
cute circunfissa. Hos morbos(ait benedictus alexander) lasciua
luxurie procacitas:⁊ estuans libido facit:non sine nature ⁊ male-
statis diuine iniuria:⁊ vtriusq̃ lege calcata vitioꝝ inuentrix libi-

do:que neglecta natura:diuerticula queritat: hoc est genus hu-
manum perdere. Anus multa tedijq̃ plena mala recipit:nec inter
se multũ abhorrẽtes curationes habet. Interq̃ vitiũ est cum ora
venarũ tanq̃ ex capitulis quibusdã surgentia videntur: que sepe
sanguinẽ fundunt hemorroidas greci vocant: atq̃ in quibusdam
parum tute supprimitur:qui sanguinis profluuio imbecilliores nõ
fiunt. Habent eñ purgationẽ hanc non morbũ:ideoq̃ curati qui-
dem cum sanguinis erituz non haberẽt:inclinata in precordia: ac
viscera materia subitis et grauissimis morbis correpti sunt:si cui
ergo nocet succurrendũ. Hemorroidũ nimirum significatio nobis
indicatur ex operatione:que ex delectione euacuationeq̃ fuit: vt
multis vtendũ sit clysteribus:simul intestini superflua deijcientes
simulq̃ anũ irritãtes conuersionẽ ad exeundũ ex ano expeditiorẽ
faciamus. Egrotũ itaq̃ supinũ ad apertã lucẽ sistemus. Si astri-
ctione timemur filum multipliciter obuolutũ adhibẽtes laqueo:he
morroida astringemus vnũ modo erũpendi locum sanguini sup-
fluo relinquẽtes:qꝫ ita iubeat hippocrates post astrictionẽ oleo
⁊ vinculo vsi eo loco cõmodo:oleo tepenti mellicratoq̃ ventrẽ cu
rabimus.postea ex frigidantib⁹ ⁊ croci cataplasmate vtemur. Et
post hemorroidũ lapsum vinũ tollemus. Leonidas autem filo nõ
vtitur:sed vua agresti cohibẽs aliquãdiu hemorroidas excisorio
scalpro execat:post manus iniectionẽ:quã chirurgiã vocant gre-
ci.mãna ⁊ amylo:⁊ chalcitide:vel adusta spongia cuz pice curat.
Utendũ alij aiunt faustino pastillo ad absolutã adustionẽ. Cõdy
loma tuberculum est:quod ex quadã inflãmatione nasci solet:in
anoꝝ intumescere:cum pluribus locis cutis exciditur rhagada
greci vocant condiloma. Igitur inflãmatione:vel rhagade ante-
cedente est. Primũ igitur exochia nuncupat. Cum autẽ callosum
factũ est condyloma. Expedit ergo vt illa ita hec mydio retenta
excisorio scalpro excedere:crustaq̃ enata curare: rhagadas por-
ro stercore maxime obduratas:⁊ circa cicatricis ortũ quod calo-
re euadentes diutius durent recẽtes faciende sunt vngulbus: vel
scalpro dissecando:ac statim in cicatricẽ deducamus. Est autem
aliud leuius omnibus primis:quod tenasmõ grecivocant id neq̃
acutis neq̃ longis morbis annumerari debet:cum ⁊ facile tolla-
tur:neq̃ vnq̃(vt Celso placet)iugulet. In hoc eque atq̃ in tormi
nibus frequẽs desidendi cupiditas est:eque dolor vbi aliquid ex-
cernitur:descendũt autem pituite mucisq̃ similia:interduz etiam
leuiter subcruenta. Sed his interponunt nõnunq̃ ex cibo quoq̃
recte coacta. Desiderare oportet in aqua calida:sepiusq̃ ipm ma-
nu nutrire. Cui plura medicamenta idonea sunt: butyrũ cum ro-

De cõdyloma tis: vel exochis et rhagadibus.

De tenesmo intestinorum morbo quem tenasmon greci vocant.

sa acatia ex aceto liquata. Emplastrū id quod tetrapharmacon greci vocant: rosa liquatū: alumen lana circundatū ⁊ ita appositum: eademq; ex inferiore parte indita: que tormīnū auxilia sunt: eadē verbene decocte. vt inferiores partes foueantur: alternis ꝓ diebus aqua: alternis leue ⁊ austerū vinū bibendū est. Potio esse debet e'gelida ⁊ frigida: propior ratio victus talis qualem in tormine supra precepimus.

¶ Ex traditione penorum ⁊ arabum. §.lij.

Ysaac. l iiij. viat capi. xix

Hemorrois est apertio oris illius vene que est in ano: vnde sanguis effluit: sicut videmus in multis sanis temporibus interpolatis. Causa huius humores sunt grossi ⁊ viscosi in intestinis: quos virtus expulsiua expellit ⁊ a natib⁹ eiicit: sicq; fit hemorrois apostema et vulnera. Aliquando hemorrois est propter acutos ⁊ pūgitiuos humores de potiōe acuta: ⁊ forti malos humores ad nates trahenti: ⁊ has passiones efficiēti. Hemorroides semper sequunt ista accidētia: mutatio coloris in citrinitatem: et maxime si inuetere scant: angustia in precordiis: dolor dorsi: grauitas in coxis ⁊ cruribus: inflatio in laterib⁹. Que si sint ex grossis humoribus ⁊ viscosis: nimiā gurgulationē et inflationē in ventre habent. Si ex acutis humoribus sit pruritus in natibus. et dolor: tenasmus. Putat infirmus se debere egerere cum nihil habeat. Uniuersaliter ad medicandum hec infirmitas dura est. Passiones ani sicut hemorrois apostema vulnera ⁊ fissura nocent: ⁊ dolorē faciunt: nates infirmū exprimere cogentes: quasi ex quadā suauitate: vnde exit anus. aliquādo quoq; egredit ex mollitie lacerti voluntarij. Ideoq; stercus infirmi sine volūtate exit. Si ex depressione nascantur dolorē nimiū faciunt. ¶ Auicēna. Scias q; egritudines ani sunt difficiles ad sanandus: propter ea que aggregant in eo: quoniā est callis: ⁊ q; est diuersum penetrās ab inferiori ad superius: ⁊ q; est vehemētis sensus: ⁊ q; est positus in inferiori. Hemorroides diuiduntur in verrucales et sunt deteriores aliis: ⁊ in vueas ⁊ morales: ⁊ in exterius natas: ⁊ pfundas ⁊ sunt deteriores: et propie ille que tendūt ad partē virge: quādoq; eā stringūt vrinā cum apostemate. Et plurimū quidē generant hemorroides ex melancholia ⁊ sanguine melancholico: ⁊ parum ex phlegmate ⁊ sunt quasi ipse sint vesice ventriū piscū. Et non est possibile vt accidant hemorroides nisi aperiantur orificia venarū in ano. Et non oportet q; ex hemorroidibus apertis currētibus sanguis currēs

Auicēna fen. xvij. tertij canonis.

retineatur donec perueniat ad debilitatē ⁊ mollificationē genuū: ⁊ cōprehēsionē sincopis: ⁊ videatur sanguis non niger. Et plurimis quidē habentibus hemorroidas adest color proprius eis: et est citrinitas declinās ad viriditatē. Oportet vt in inceptione eiꝰ rectificetur corpus: ⁊ euacuet sanguis malus: ita vt phlebotometur saphena. Et ventosatio eius quod est inter vtrasq; spatulas confert ad eas et ad humores melancholicos. Et earum curatio perducit quandoq; ad fistulas ⁊ ad ragadias. Scias q; in sanguine qui currit ab hemorroidibus: ⁊ ex ano est securitas ab herpete estiomeno mania melācholia epilepsia herisipila milio cācro excoriatione scabie glabie id est tinea lepra pleuresi peripleumonia et ceteris huiusmodi. Et impēdatur studiū in lenificatione nature vt nō noceat duricies fecis ano: ⁊ magnificet labor. Et quādo retinetur sanguis ex eis qui cōsuetus est manare timet aliqua harum egritudinū ⁊ hydropisis ⁊ phthysis. ¶ Rasis. De egritudinibus ani sunt hemorroides ⁊ fistule: et inflatio venarū: ⁊ mollificatio ani: ⁊ ragadie: ⁊ vermes parui: ⁊ exitus ani cum fit egestio. De hemorroidibus alie sunt eminētes: alie profunde. De eminentibus q̄dā sunt verruce dure: ⁊ quedā sunt molles: crudū emittētes humorē ⁊ nominant morales: ⁊ quedam sunt humide sanguinee. Confectio medicaminis eradicantis hemorroidas mirabiliter. ℞. iusq̄ami succi nigri auf. ij. succi iusquiami albi auf. iiij. aluminis iameni calcadis. aā. auf. ij. affius auf. j. ceruse tantūdem: terantur et misceātur cum cera dissoluta cum oleo ros. ⁊ liniatur super pannum: et ponatur desuper.

Rasis in lib. diuisionū ca. xcvj.

¶ Ex traditione auctorum recentium. §.liij.

Hemorrois nomen est equiuocū ad quinq; ramos venekilis: qui terminant in ano: ⁊ ad passiones illorū ramorum siue venarū: verūtamen sepe estimat aliquis habere hemorroidas propter sanguinis exitū ab ano et non habet: sed habet vlcera in recto intestino interiꝰ vel exterius: vel in illis venis q̄ sunt supra ipsum. Hemorroidarū species tres sunt: quedā sunt similes verrucis oblongis: vnde ab auicēna dicuntur verrucales: ⁊ iste oībus aliis deteriores sunt: ⁊ iste aliq̄ sunt apibꝰ sīles ⁊ lōgē. Alie sunt sīles vuis: ⁊ dicunt vue: ⁊ sunt ceteris leuiores. Alie sunt moris similes: ⁊ dicunt morales. Itē profunde deteriores sunt. Itē quedā sunt anteriores ex parte testiculorū: et sunt valde male: ⁊ quedā posteriores: et sunt minus male. Et fiunt hemorroide quādoq; vi nature: qñq; vi sint hom atis. Si autē vi nature fm periodos vt de mense in mensem: qñq; semel in

mēse:qñq̃ semel in anno:ꝛ maxime in autunno:qñq̃ sua grauitate descendit ad illas venas inferius: que si non aperiant dolor fit magnus:et si aperiant quod superfluū est sine dolore egreditur. Mollificatio siue paralysis ani aut eius egressus inuolūtarius:fit qñq̃ propter casus supra dorsum:et ꝓpter percussionē vnde lacerti rumpūtur vel desiccant:qñq̃ ꝓ ex nimia humiditate relaxante:fit etiā ex retentione superfluitatū:vnde longaon paralyticat: ꝛ fit insensibilis:fit etiā ꝓpter nimiā retentionē vrine:qñq̃ fit ex nimia cōpressione ꝛ nimio conatu ꝛ appetitu egerendi:vnde ꝓpter nimiā cōpressionē exit anus. Potest etiā fieri ꝓpter apostema: vñ anus expellit ad exteriora:vel ex continua sessione super lapides ꝛ super sedes frigidas valde:vndecūq̃ contingat passio est multum dolorosa. Contra dolorē hemorroidarū cura est suaue ꝓuocatiuum ꝛ aperitiuū illarū:vt. ℞.foliorꝫ ficus ꝛ cum dorso eiꝰ fricet eas:ꝛ hoc qñ vniuersaliter volumus eas aperire vt sanguinez educāt. Ista vtatur fricatione pluries cū hemorroide tumēt ꝛ dolent:et sanguinē querit educere:verū hanq̃ precedūt euacuatiōes debite ad hemorroidas. Unguentū mitigatiuū dolorīs earū si cū eis est ardor. ℞.olei rosati olei violarū albuminis oui cum vitello cere albe fiat vnguentū molle:inungat petia in dicto vnguēto: deinde ducat circa candelā ꝛ imponat:ꝛ vltimo extrahat petia remanente. Et si non sentit ardorē tū dolet: addatur modicū croci. Si est sine ardore apponat adeps anatis cū substātia corpulenta accepto frusto longo aliqualiter filo alligato : ꝛ sic integrum ano apponat dolore infestāte:ꝛ ꝓprie si est sine dolore. Contra exuberantem fluxum hemorroidarū. ℞.myrobalanos kebulos numero.ij.pulpas istorꝫ comedat in aurora quattuor diebus continuis in quibꝰ exuberantē fluxum patit:et post stet ieiunus horis quattuor:dormiat desup per horā. Aliud medicamen efficacius. ℞.pilularum de bdellio ꝛ a.v.vsq̃ ad.vij.sumat in aurora cum modico vini nigri. Quidā patiebatur fluxum dictum vnde erat pallidus et dispositus ad hydropem:incipit sumere omni mane vnum cyathum aque distillationis chelidonie in fritellis cum vitello oui et liberatus est. Ad dolorem earum. ℞.olei rosati viol.añ.℥.j.ceruse.℥ ß.camphore.ʒ.j.ß.fiat vnguentū. Puluis consolidatiuus hemorroidarum. ℞.aloes thuris.añ.puluerizent et accipiatur tela aranea molendini et albumen oui conquassati:madefiat: deinde puluere aspergatur supradicto orificio hemorroidarū a quo fluit sanguis supponatur. De exitu ani. Confert eis sessio in aquis stipticis ꝛ inungantur cum oleo rosarum: et puluerizet desup medicamen stipticū:et infrigidētur. Medicaminis aūt stiptici cōfectio.

Unguentum.

Constrictiuū hemorroidarum.

Pilu. singulares.

De exitu ani ꝛ eiꝰ cura.

℞.karabe thus:balaustias gallas:antimonīū: acatiā: ꝛ alumen cribellata ꝛ simul puluerizent ꝛ ano aspergant post inūctionē olei rosati:ꝛ qñq̃ additur in ipso ceruse ꝓm mensurā vnius illorum.

Expletur liber quartus.

Liber quintus eiusdem aggregatoris ꝛc.
De egritudinibus renum ꝛ vesice. Caput.j.
Ex traditione grecorum ꝛ latinorum. §.j.

Renes mēbranulis integuntur: quibus sentiūt calculo laborant:qꝛ multi renes laborare videnť. Duplices cōstituti sunt:vt equale corporis libramentum Galeno auctore animalibus prestarēt ex superabundāti calore incontinētia ꝛ vrine stillicidia sequunť. In meatibusq̃ arene materia ac calculi generant. Uesica ꝓ neruosa est: aliter viris atq̃ feminis posita: nam in illis iuxta rectū intestinū potius in sinistrā partē inclinata: in his supra ora genitalia cōstituta est:superq̃ elapsa ab ipsa vulua sustinetur. Duo itē meatus ab aborta validi ꝛ perpetui ad vesicam procedūt:nulliusq̃ a vena maiori huc tendit. Qui ꝓ de cauo renum veniūt cum vena maiore continuatā non habent materiam:vesice ꝓ ceruix carnosa est:musculis referta: quibꝰ humor continetur atq̃ laxetur:cū opus est. Incisa sola coalescit:reliqua pars coire non potest:quod ediuerso cōtigisse refert Aristoteles. In masculis vrine vie longiores atq̃ cōpressiores ad imū vsq̃ ad colem descendūt. In femineo ꝓ sexu breuiores pleniores q̃ communiq̃ demū via ad vulue ceruicē se ostendūt:quapropter mulieres calculis minus afficiunť:in vesica preter calculos setarū veluti quedam capillamēta non sine diro cruciatu innascunť ex muco sa equidē materia. Quibus modis extrahi lapides cōueniat:ne si chirurgus loci errore letaliter egrotis vulnus inferat cultello locus aperiendus indicandusq̃ modus est. Aliquibus quedā in vesica concrescūt:que nihilo a cōchilijs spem differūt. Sed iā ad renum egritudines:transeamus. Cōmune est colicorū:ꝛ in renibus calculos habentiū a principio cohiberi ventrem:ꝛ multū dolere:ꝛ appetitū amoueri:suum colicorū est in his extendi. Nephreticorū autem minus colicorū potius in dextris ilibus dolorem habere: et ad stomachū vsq̃ penetrare:ꝛ iecur ꝛ lienem:ꝛ stercus prorsus inhiberi:vt neq̃ in flatum euadat:cum vero necessario excernatur inflatū sit:et par stercori bubulo:et qñq̃ etiaz vitiosum phlegma

De calculorū morbo.

excernatur:et vrine plus ac ipsa editur pituitosa. Dolentibus autē ex renibus:in ipsis dolor heret renibus: quasi perforantis parilli vicem gerens:e regione q̃ testiculus dolet:rariuscule educit excrementum. Clysteribus autē omnino aluus inflata stercus edit biliosum. Urina vero pauca et harenosa editur:meatusq̃ vrine obstruitur:hec sunt in renibus calculorū signa: in etate perfecta genitorum:at in vesica calculor̃ cōcretio pueris potius esse consueuit. Horum autem signa sunt:crudavrina:ac subalbicās continue cum harenosa hypostasi. Item dūturq̃ pudibūda: strangulaturq̃ vrina. Materialis igitur causa ad calculos gignēdos est crassus ac terrestris humor. Effectrix ꝟo flagrās renum calor:aut vesice. Verum in renibus que calculos atterant:secentq̃ vtendū medicaminibus:ne tamen admodū calefaciant. Sunt autem huiusmodi asparagi radices ⁊ bati:vtrūq̃ exustū ⁊ aggrestis radix:⁊ adianthum ⁊ bdellium:lauriq̃ radicis cortex et altee semen:⁊ ciceris nigri ius:spongiarūq̃ lapilli:et scilleticus acetum: ⁊ phu:⁊ minij et carpisia ⁊ sarxiphagos. Sic etiam mansum ⁊ potum scolymiq̃ radix ⁊ erysimū:et prionites:lauacrisq̃ iugibus vtendū:⁊ post lauacrum eorum que dicta sunt potent aliquid. Irrigationibus autē vtendum ⁊ cataplasmatis : ⁊ calefactionibus diminuentibus et placabilib⁹ ex colicis assumendo. Renū purgantia sunt cuncta secantia arnoglossi radix et folia et fructus arida dissoluta pota. Asparagus:myacintinus peonie radix:cicerum nigrorum coctio: amygdala presertim amara:eringij radicis coctio:damasonium: adianthum:apij semen:feniculi:dauci:petroselini:ameis:anesi:lybistici:asari:coctio:ruyi:phu:iunci flos:seselis:acori radix:agrestis vitis lachryma:et cortex. Sanguis hircinus aridus. Opem autem ferunt hec pota postq̃ pubescūt inflāmari. Impedit nāq̃ durescere calculosq̃ gigni. Urinā seu lotium libet appellare vesica agit acori coctio pota:asari:amaracinū oleum:amygdala amara cum vino dulci pota. Altee radicis coctio:hematitis lapis solutus cum vino potus:gallinarum stercus aridū. Anchuse coctio: abrotani:anesi semē: sanguis hircinus aridus: atraphaxis semē: arthemisie coctio:aristolochie coctio: brathyis solutissimi. ʒ.ʃ. cū hydromelle:non febricitantibus autem cum vino: balsami fructⁿ: glandis coctio:bdellium:bati semen:balaustis:bryonie radix:glycirize:succus glichon:glycisides fructus:dictanum: dracontium: elates coctio:erythrodani coctio. Hec non permittunt gigni in vesica calculos ⁊ crassitudines feculentias substantiasq̃ tales amouent necnon impetiginosas et vlcerosas affectiones medicantur. Cum plena vrina fuerit vesica:nec possit prouocari exprimiq̃ vri

Renum purgantia.

Que vesicam purgent.

na:apponimus genitalis membri glandi hec:nitrum aqua diluum salsuginem fel cicla minum. Calculos tum renum:tum vesice purgātia:que eos quoq̃ cōfringunt. Cardamomū cum lauri radicis cortice potum cyperum amygdalinum oleum:paliuri semē bdellium:feniculi radix thus oxymyrsine folia:fructus cerasorū precipue nuclei poti cum vino albo:prunu apri vesica arida:litospermum:tecolithum:bethonica:amygdalarus amararum:lapathi radicis coctio:triboli viridis coctio : adianthi coctio : vitis lachryma:saxifragis:lapides qui in spongijs helectrum. Componantur autē potiones hoc modo. Rute agrestis:⁊ malue agrestis ⁊ apij. radices coquito cum vino ⁊ humore expremito aquāq̃ ammisceto:datoq̃ cyathos. ij. Item balsami fructus:calculi qui in spongijs glichonis:aride malue agrestis seminis equas potiones secato dato cum vino diluto cyathos duos:⁊ arefactū sanguinem hircinum cicadas arefactas absq̃ alis et pedibus ad excernendos calculos:plerūq̃ sanguinis iuuit detractio.

Que apte positapre puriori nam irritent.

Compositione potiones.

¶ Ex traditione penorum ⁊ arabum. §.ij.

Apostemata facta in renib⁹ sequitur dolor in loci sva cuis:Fm hoc tamē q̃ si apostema est i substātia renū carnosa:sentitur cum eo grauitas in loco: et si apostema est in pāniculo continente eos:aut in concauitate ipsorū:aut in vijs vrine que procedūt ex eis: tūc dolor est acutus:⁊ sequitur illud q̃ infirmus nō pōt stare tectus:neq̃ ambulare. Et si est ibi motⁿ volūtarius : aut nō volūtarius sicut sternutatio:aut alius ex illis que sunt eis similes tunc clamat infirmus:et cōqueritur et nō fit ei facile dormire super ventrem suū:immo plurimum quietis eius est vt sint accubitata et quietavt non sint suspensa. Et propter id plurimum quietis eorum est in resupinatione super dorso suo. Et dolor qui accidit ex apostemate renum:quādoq̃ extenditur vsq̃ ad epar :et quādoq̃ tenditur vsq̃ ad anchas ⁊ vesicam ⁊ virgam. Et quando vesica apostematur. dolet cum ea virga annexa collo eius:⁊ nō forsitan descensus huius doloris sentitur:⁊ nocumētum eius ad hunc locum semper neq̃ frequēter:immo intercisim:sparsim:et dolēt cum ea etiam anche:⁊ infrigidātur extremitates membrorum ⁊ ꝓprie crurium ⁊ pedum. Urina autem in principio fit subtilis:⁊ aquosa et tingitur:et in fine rubet. Et qñ apostemata renum sunt vehemētia et velocis lapiditatis:tūc ex eis sunt in quibus nō est omnino curatio:ꝯ firmank ⁊ ꝓlongank:⁊ liquefaciunt corpus:⁊ extenuāt ipsum. Et apostemata ex quibus fiūt dolores in istis mēbris nūq̃

Sarapio iiij. breuia rij. c. xij.

fiunt nisi ex sanguine qui resudat in eis. Et vlcera que fiũt in mẽbris vrine: aut fiunt in renibus: aut in vesica: aut in vijs vrine: et sequuntur ex accidentibus cõibus eis vt currant cum vrina sanguis multus et sanies: et accidit eis difficultas vrine: donec phibetur id quod currit: si aũt abscindatur illud quod currit: erit inter ista accidentia ꝓprie differẽtia in situ et operatione: et speciebus solutionis ventris ⁊ virtute. In situ quidẽ quoniã si vlc⁹ est in renibus: est sensus doloris posteri⁹ in anchis ⁊ alcatin: ⁊ si vlc⁹ est in vesica versus duo emũctoria: tũc dolor sentitur anteri⁹ versus pectinẽ: ⁊ si est in vijs vrine tunc dolor est in medio. Et si dolorem sequitur difficultas vrine et distillatio eius: tũc vlceratio est in vesica: aut in vijs vrine. Et si descensus vrine est ꝑm equalitatẽ absq; lesione ⁊ sine difficultate: tũc vlcus est in renibus. Et si vlc⁹ in renibus est. egrediũtur cum vrina lamine et fila carnea: ⁊ vrina est equalis in grossitudine. Et si vlcus est in vesica egrediuntur cum eo cortices similes panniculis ex vesica cum vrina fetida: ⁊ vlcera que sunt in vesica sunt difficilis curationis ꝓpter illud qõ currit ex superfluitate aquosa salsa semp et illa que sunt in renib⁹ sunt facilis curationis. Ysaac. Apostemata in renibus fiunt ex humoribꝰ ad ipsos descendentibus: vnde dolor in anchis sentitur: ⁊ rigor cum febribus. Jaceat ergo infirmus super sinistrum latus si doleat in dextro: et econuerso. Si quis suspensos et graues sentit renes ex apostemate est. si nimiũ grauatur sanies ibi colligit: ⁊ cito aperitur: sanies et sanguis cum vrina egrediũtur. Si apostema sit ex cholericis humoribus nimia sitis ⁊ dolores maximi sequuntur: vrina rubea: febris acuta. Si ex frigidis humoribꝰ: parvus dolor est in renibus: ⁊ febris lenis: ⁊ vrina alba. Aliquãdo humores calidi et acuti descendunt ad renes: ⁊ inuiscantur in eis facientes vulnera ex acuminibus suis. Idem faciũt humores ad vesicam descendentes: medicina eorum est equalis: ⁊ dieta similis. Et sanguinis egressio cum vrina quattuor modis fit: vel de apertione vene epatis rupte: vel de aptione epatis soluz: vel de incisione venarũ inter renes ⁊ vesicã. Et in renibus generatur lapis: et in vesica pariter duobus modis: vt si coquãtur humores grossi ⁊ viscosi ex calore igneo in renibus in calorẽ extra naturã exeũtib⁹ vel si in renibus nascãtur vulnera vnde sanies efficiatur: neq; purgetur: sed remanẽs in renibus coagulat lapisq; efficiatur. Plurimum iuuenibus lapides nascũtur in renib⁹: pueris in vesica: cui⁹ collũ in eis strictũ est: ꝓhibẽs materiã exire: vnde lapis concreat: et item vesica eorũ calidior est. Maior causa lapidum in pueris est grossities vrine naturaliter grosse: et ex grossitie viscose: q; calor

Ysaac. v. viatici. capi. xij.

eorũ naturalis bene digerit et excoquit. Res autem viscosa coagulatur magis ⁊ cõglutinat. In mulierib⁹ vero raro nascitur: q; materia vnde lapis cõcreatur: nõ adunat multis ex causis in mulieribus q; collũ vesice earũ curtũ est: ⁊ foramina sunt larga: ⁊ nõ multũ tortuosa sunt: et minus bibũt aquã q̃ pueri. lapis eñ maxime nascit: q; aqua diuersa ⁊ turbida bibit: ex qua humores grossi ⁊ viscosi ad cõcreãdum lapidem coadunãtur. Accidẽtia ei⁹ sunt febris et angustia vrine: dolor cõtinu⁹: si in renib⁹ et in anchis q̃si punctura acus intolerabilis sentit. Si in vesica sit sentit dolor in pectine: prurigo in virga: ita vt puer eã scalpere cogatur et tenere in manib⁹: ⁊ semp virga erigitur. Passionẽ dyabeticaꝫ habent etiam renes ex defectu cõtẽtiue virtutis: vnde semp sitiunt infirmi: neq; aqua possunt saturari: quaꝫ ⁊ quãtam bibũt: similiter eã mingũt: sicut videmus in canino appetitu: quicquid enim comeditur cũ ferre nequeat mouet natura: ⁊ eijcit foras similiter cum cõtentiua in renibus deficiat nõ põt retineri: quam habet aquosa humiditas: necesse est ergo ad vesicam effluat. Renes enim cũ humiditate exinaniũtur ⁊ mouẽtur: ⁊ aquosa humiditas de venis sibi attrahitur: sanguis in venis deficcat: humiditas ab epate cum appetitiua trahit virtute: et epar similiter fugit a stomacho: ficq; pars a parte sibi sumit donec pueniatur ad os stomachi vbi inde generat sitis: cũ aquã biberit vene exeũtes epar a stomacho sibi eã appetũt: et sic vicina a vicinis quousq; puenerit ad renes: qui ex calore sui cito trahũt sibi: ⁊ ex defectione sue cõtentiue expellũt eã ad vesicã: et inde exit cũ vrina: vnde fit vt aqua neque at sattari: neq; cesset sitis. Et passio est etiã vesice in expellenda vrina anteq; multa coadunetur quãtitas appellat guttatauina: qõ duobus fit modis: vel q; vesica qualitatẽ vrine nõ potuit pati: que acuta et pũgitiua: vel q; defecta sit vt grauet anteq; vrina coadunetur sed que ex acumine qualitatis cõtingit vrine: subsequitur ardor nimius. pũctura vesice. qõ duob⁹ fit modis. vel de passione renũ vel ꝑm crisim in quam natura expellit materiã morbi. vnde morbus fuerat et transit per renes ⁊ vesicam. Et quidam ignorãter lectos cõmingunt nõ sentientes qõ pueri plurimũ patiuntur ꝓpter grauitatem somni: et multitudinem humiditatis aliquãdo in maiori etate cõtingit cũ cõplexio sit humida: maxime senioribꝰ: q; vesice eorũ molles sunt ꝓpter humiditatẽ corporum. Et vrina aliqũ impedit exire de vesica vel renib⁹: sed in iuuenib⁹ plurimũ de renibus ꝓpter calorem cõplexionis sue: pueris vero de vesica ex inordinata dieta. Et hoc fit vt vult Rasis in libro diuisionũ. causionum ꝓpter egritudinez in emũctorijs: aut ꝓpter egritudinẽ

De distillatiõe vrine.

De comingentibus in lecto.

Rasis in libro diuisionũ. capi. lxxj.

virge:et egritudo aut est lapis i meatu virge:aut caro nata: aut
De reten oppilatio sanguinis aut saniei. Signa itaq; et quod fit ex emũ
tione vi- ctoriis:sunt grauitas in dorso:et repletio vesice ex vrina:cui cu
ne ex Ra ra est sumere in potu medicinas que lapidem frangunt. Et signa
si. eius que fit ex oppilatione meatus virge sunt repletio vesice: et
inflatio.eius:tentio vt chorda grauitas quedam in pectine ⁊ an
cha cum dolore vehementi:⁊ tentione superflua. Et fit aut pro-
pter lapidem obsessum:aut propter apostema: aut propter carnẽ
natam:aut propter oppilationem sanguinis aut saniei. Carnis
autem orte signum est:q; fit ꝓm plurimum post vlcera accidentia
in hoc meatu:et non prohibet totam vrinam:sed modicum eius:
et quãdoq; est inceptio exitura similis verruce in hoc meatu :qõ
ergo ex ea est in emũctoriis curationem nõ habet. Oppilatio au
tem sanguinis et saniei fit post mictum sanguinis ⁊ saniei. Aposte
matis autem in vesica signa sunt febris valde fortis caliditatis
adustiua:et vehemẽtia doloris:et pũctura in vesica. Et quãdoq;
fit difficultas vrine ex lapide cadẽte in ore meatus non in meatu
et signum eius est q; cum proieceris infirmum super dorsum suũ:
et leuaueris pedes ad superiora:et vehementer cõmoueris egre
dietur vrina:et istud sine cessatione fiat: ita donec egrediatur la
pis. Et quandoq; fit difficultas vrine ex mollificatione lacerti ve
sice:cuius signum est q; habens eam mingit cum facilitate:quã-
do super vesicam fit compressio:et eius cura est inunctio eius cuz
oleo nardino costino et castoreo. Et quãdoq; fit difficultas vrine
post vehementem retentionem vrine:et signum est q; si fiat com-
pressio super vesicam:egreditur vrina tunc. Et confert pluribus
modis difficultatis vrine introitus in aquam calidam:in qua de
cocta sunt folia caulium humida:⁊ cartamũ:fenugrecum: et ru-
bea tinctorum:⁊ emplastra pectẽ ⁊ alchatin cum eis:et conferũt
quidem medicine prouocantes cũ vesica est vacua:⁊ nocent vehe
menter cum est plena.

¶ Ex traditione auctorum recentium. §.iij.

Renes parua sunt corpora rotũda rubea plurima
pinguedine inuoluta in fine spine circa caudam:⁊
super lumbos posita. In renibus adeo paruis ac-
cidit mala complexio:⁊ statim extendit se ad lum
bos. Sũt eñ lumbi carnes ille maculose: q̃ spine
adiacẽt a dextris et a sinistris valde tenerrime et
passibiles. Practici large sumũt renes ꝑ cõtinẽte
id est ꝑ lũbis et renib⁹ cõtẽtis. Renũ aũt passiones triplicis sunt
gẽris:sed spẽs diuersificãt: q; ꝑpter hoc qõ fit morb⁹ in renibus

ex mala complexione cum materia:vel sine materia: ⁊ solutio cõ
tinuitatis : fit in eis etiam officialis morbus fere ⁊ ꝓm omnes sui
species. Oppilantur enim renes ex lapide vel humiditate. Magni
ficantur autem aliquando:vel constringuntur: vel parificantur.
In positione etiam possunt diuersificari:potest enim in renibus fie
ri corrosio:vlcus:vulnus:collectio saniei:scabies:⁊ nimia ampli-
tudo in vijs:vel constrictio: vel virtutis corruptio vt in dyabete:
vnde secundum hoc diuersa capita a Rasi Auicenna Ysaac ⁊ a
Serapione constituuntur. Apostema vero in renibus fortiorem
efficit dolorem:q; operatur solutionem continuitatis:⁊ malaz cõ
plexionem:que sunt due cause doloris. Apostema etiaz vesice for
tem dolorem efficit circa renes:⁊ pectinẽ:⁊ circa anchas cum dif
ficultate vrine. In vtroq; autem apostemate adest frigiditas ex-
tremitatum:⁊ proprie crurium ⁊ pedum:vrina in principio subti-
lis est ⁊ aquosa:sed in fine tingitur ⁊ rubet:q; nocumentum exte
ditur ad epar in statu apostematis:vñ corrumpit digestio in epa
te. Ulcera renũ ⁊ corrosiones eorꝝ frequẽter post apostemata ma
le curata fiũt vel qñ ex sanie corrosiua sine apostemate:vel ex hu
eis precipitatio. l. vt descendat plusq debeat vt in viris intestina: huiusmodi autem egritudines accidunt quandoq ex proprio vitio matricis: qñq vitio aliorum mēbrorum quibus matrix compatitur: inter quos morbos agitur primo de retentione menstruorū preter naturam: qr fm naturam retinentur vsq ad. xij. annos vel xiiij. vel post. l. viterius: ⁊ aliqñ citius fm naturam mulierum. In tempore aūt intermedio retinentur preter naturam: aliquādo languore: exercitio plurimo: fame: siti: ⁊ accidentibus anime: vbi non valet calefactio aromatum: qr menstrua consumuntur interius ꝓ predicta. Item in tempore intermedio retinentur iterum fm naturam: vt in pregnantibus: qd medicus habet considerare: ne tunc puocās mēstrua fiat homicida vel cā aborsus: nec semp credat feminam non esse impregnatam si mēstrua emittat: licet hoc in paucis accidat: sicut in valde fortibus que sunt replete habitudinis ⁊ complexionis: in quibus plurimus sanguis est generatus: qui totus non est necessarius ad fetus nutrimentum: neq etiam tunc temporis ille sanguis prouenit a matrice cuz sit vehementer clausa: sed a venis exterioribus orificij exterioris: qd semper est apertum. Retinentur iterum menstrua ꝓp alias causas sicut propter sanguinis grossitudinem vel propter oppilationem factam in venis: vel ꝓpter constrictionem que accidit in vijs ⁊ orificijs earū: fm plurimā frigiditatem: vel viscositatez: vel ꝓpter apostema factū ibi vel in locis vicinis vnde sequit fortis constrictio: vel ex pinguedine superflua: vel ex pāniculo etiam denso qui generat in orificijs venarum aliqñ vnde phibentur menstrua currere. In omnibus his prodest aromatum calefactio. Retinētur ēt ꝓpter alias causas: sicut ꝓp debilitatem virtutis: qr sanguis ad alia loca deriuatur. Aliquando mulieres patiuntur nimium fluxuz menstruorum: ⁊ hoc aliqñ fit: qr orificia venarum matricis nimis aperiunt ⁊ sanguinem nequeunt retinere: aliqñ fit qr ipse vene rumpūtur ex saltu casu percussione: aliqñ vero ex nimio cibo ⁊ potu ⁊ assidua quiete: aliqñ vero propter aborsum: aliqñ ex acuitate sanguinis ⁊ nimia subtilitate: aliqñ vero propter difficultatem partus: aliquando propter hemorroidas in collo matricis: vnde pregnātes aliquando mingunt sanguinem: aliqñ vero ex ragadijs vel vlceribus malis antiquis matricis: aliqñ vero ex dominio mali humoris in corpore naturalis vel inaturalis. sicut abūdat sanguis adustus: ⁊ sanguis crudus aquosus phlegmaticus. Est alia passio matricis que suffocatio nominatur: ⁊ causa istus passionis est plurima spermatis aggregatio circa testiculos mulierum: vt contingit in puellis adultis vel viduis cōtinentibus: cū non vtunt cō

sueto coitu. Item ergo sperma corruptū nō valet exire: ⁊ inde va
por plurimus malus natus matricē eleuat ad supiora. Itē pue-
nit ex retētōe mēstruor: q̄ cū in matrice aggreganť: ⁊ nō euacuan
tur: in vaporem resoluta idē operanť. Prouenit ēt ex quocūq; hu
more ī matrice p̄ter naturā collecto. In cura ꝯo istar egritudinū
caute p̄cedendū est. Et primo contra p̄ter naturalē retentionē
menstruor medicine efficaces ⁊ remisse ponende sunt. Digestiuz
subtiliatiuum apitiuum incisiuum mēstruor ⁊ puocatiuum. ℞.
syrupi de bizātijs oximellis simplicis añ. ʒ.ꝟ. syrupi de absinthio
ʒ.j. aquar capil. ve. ⁊ matricarie añ. ʒ.j.ꝟ. misce. Ventris solutiuū
aperitiuū subtiliatiuū menstruor puocatiuū. ℞. aloes succotri-
ni electi. ʒ.j. myrrhe. ʒ.ꝟ. croci agarici añ. ℥.j. salis gēme ʒiziberis
añ. gra. j. misce ⁊ cū syrupo de absinthio fomentur pilule. vij. pro.
ʒ. Subtiliatiuū apitiuū mēstruor: matricis confortatiuū. ℞. dya
cori. ʒ.vj. florū rosismarini. ʒ.j. misce ambo simul in conserua dya
cori. Subtiliatiuum aperitiuum vt supra. ℞. granor pini. ʒ.j. ca-
lami aromatici casielignee añ. ʒ.ꝟ. cinamomi. ℥.j. se. feniculi: gallie
muscate añ. ʒ.ꝟ. ligni aloes. ℥.j. nigelle. ℥.j. musci. gra. viij. zuccari
albi qd̄ sufficit: ⁊ cū aq̄ matricarie fiat cōfectio vt supra. Alia cō
fectio ad idem. ℞. amygdalar ama. ʒ.j. se. anisi ⁊ baucie ⁊ carui
añ. ʒ.ꝟ. iuniperi. ʒ.ij. cinamomi ʒ.j.ꝟ. zuccari albi. ℥. xij. pistenť oia
subtiliter: deinde cum aqua capil. vene. fiat confectio solida ī mor
sellis de. ʒ.iij. Digestiuum vt supra. ℞. aquarum ypericonis. ℥.ꝟ.
feniculi ⁊ capil. vene. añ. ℥.j.ꝟ. cinamomi gra. iij. zuccari albi. ʒ.ij.
misce. Pilule ad idem non solutiue. ℞. trociscorum de capparib⁹
ʒ.j. specierum dyarodon abbatis. ʒ.ꝟ. dyamusci dulcis. ℥.j. absin-
thij. ʒ.ij. cuscute. ℥.j. zuccari albi. ʒ.ꝟ. ⁊ cū syrupo de absinthio for
mentur pilule. viij. pro. ʒ. Ventris lenitiuum. ℞. oleorum de been. ℥.
vj. liliorum alborum. ℥.vij. absinthij. ℥.ij. amygdalarum dulcium
℥.j. gallie muscate. ℥.ꝟ fiat clystere: ⁊ tota quantitas est pro dua-
bus vicibus. Puluis. ℞. croci spice trociscorum de myrrha rubee
tinctorum añ. ʒ.j. misce ⁊ fiat puluis pro tribus vicibus: ⁊ detur cū
brodio aut vino albo. Nota q̄ ꝯ primum menstrua effluunt debi
te: tūc non viterius medelis ad hoc vtatur dña patiens. Contra
fluxum menstrualem denť trocisci de karabe: phlebotomeť basi-
lica: ventose apponantur sub mamillis nutriatur stipticis: suppo
natur vulue hoc. ℞. balaustie: olibani gallarum antimonij acatie
aluminis añ. fiat puluis ⁊ misce. Femur deorsum epithimetur ex
stipticis. Si fuerit ex repletione sanguinis fiat phlebotomia. Si
ex cholera fiat cholere euacuatio. ligētur extrema ligatura: imo
⁊ coxe apud inguina: vētose ponanť inter duas anchas. Nutriať

Cura retentionis menstruorum.
Digestiuum.
Solutiuum.
Subtiliatiuum.
Aperitiuum aliō
Cōfectio
Digestiuum.
Pilule.
Lenitiuū
Puluis.
Cura fluxus.

vitellis ouorū sorbilium: aqua carnis valde nutritiua: acetosis ex
succo sumach: aqua acetose: potibus boni odoris: ex carne bona: Dieta
sorbitionibus humidis ⁊ sumach ⁊ amylo: vino grosso nouo dulci
Euitet vinū antiquū subtile: cibeť omni cibo velocis digestionis
confortatiue. arnoglossa ⁊ est p̄prium bibita ⁊ infecta: cāphora bi
bita ⁊ supposita: lac decoctū cū ferro ignito in quo est scoria fer-
ri: deť in potu cum stipticis omni die acetositas citri ⁊ est p̄priū.
Contra fluxū sanguinis menstruor post aborsum aut post ptum
naturalē accipiat sequētia. ℞. Pilularū de bdellio. ʒ.j. trocisci de Pilule
terra sigillata. ℥.j. misce ⁊ cū syrupi myrtini qd̄ sufficit fiāt pilule.
ix. p. ʒ. Itē. ℞. trocisci de karabe de terra sigillata añ. ʒ.j. misce ⁊
cū syrupo myrtillor qd̄ sufficit fiāt pilule vt ꝯ. Istar pilular assu
mat. ʒ.j. in aurora. Cōtra retētionē secūdine. ℞. ellebori al. ⁊ cum
eo puocet sternutatio. Itē aliquotiens ipsa sternutāte teneat os
clausum ⁊ nares ⁊ sit ad corā p collū eius. Itē obstetrix imittat
manū oleo sisamino inūctā: deinde puocet sternutatio: fiat sternu
tatio sp tpe quo nō descēdit stomacho ieiuno tā de die q̄ ō nocte
cū tāta q̄titate elle. al. q̄ puocet sternutationē trigesies aut am-
plius ⁊ sufficit insufflādo in nares: ⁊ ad hoc sufficit parua q̄titas
Itē supponať stercoris accipitris. ʒ.ꝟ. Suffumigeť cū stercore co
lūbino: cū radice art. ro. deť in potu stercoris accipitris. ℥.j. Nota
re debes q̄ oia puocantia aborsum educūt secūdinā: ⁊ oē genus
gūmi: oē genus salis: oēs medicine calide in quarto: quas oēs re
quire. xxj. tertij. c. de puocatione aborsus. Item suffumigeť p em
botū cū hac decoctione. ℞. rute prassij abrotani añ. M. j. olei de
lilio. ʒ.ij. misce oia simul. Contra p̄focationem matricis suppo
sitorium. ℞. gallie muscate. ʒ.j. supponať adintra vulnā ligata pri
us in petia: vel sindone rara. Aliud ad idē. ℞. ligni aloes. ℥.j. mu
sci gra. v. ambre gariofi. gallie muscate. añ. ℥.ꝟ. cōtundanť grosso
mō ⁊ misce. supponať hoc medicamē in petia vt in alio. Suffumi
giū ad nares. ℞. pēnas pdicis vel fasiani qd̄ sufficit his ignitis
suffumigenť nares. Itē cū assa fetida sup carbōes plecta. Itē cū
corio ignito veteri. Iste suffumigatōes fiāt tpe porismi p̄tocatōis
aut q̄n timeť sup ei⁹ aduētu primo iciptēdo a leuiori. Fricet os
vulue cū digitis tictis ī oleo lilior alboz. Clystere. ℞. malue flo
rū camōille: melliloti. flor aneti añ. M. j. vitellū ouī. j. olei illior al
boz: olei spice añ. ʒ.iij. sal cōis. ʒ.j. isto clysteri vtať stomacho ie
iuno ⁊ añ porismū: q̄n valet p̄uision a p̄focatōe. Itē ꝯ ventosita
tē ꝯ febrem: aborsum ⁊ vomitū ⁊ ꝯ tumorem mēbrorū solutiuum
facillimum. ℞. mane. ʒ.ij. aque absinthij. ʒ.j. brodij perdicis: pul
li vel fasiani quod sufficit misce: vel loco manne pone casiam. Ad

exitum matricis vel ani suffumigatio facta ex corio anguille salte valet. Et ad idem valet suffumigatio facta ex limatura plūbi.

¶ De egritudinibus iuncturarum. Caput.iiij.

¶ Ex traditione grecorum ⁊ latinorum. §.i.

Greci dicunt arthreticam: quē nos morbum articularē q̄ arthron greci articulum vocāt. Est aūt morbus qui articulos infestat: nec idem est morbus articularis: ⁊ in greco chiragra ⁊ podagra: qd̄ luculentissime ostendit nobis plinius naturalis historie lib.xxvj.cap.xj. dicens. Podagre morbus rarior solebat esse: nō mō patrū auorūq̄ memoria: vñ ēt nostra: peregrinus ⁊ ipse. Nā si italie fuisset: antiq̄tas latinuz nomē innenisset: cū ergo latinū nomē nō hēat: nō pōt esse articularis: cū ēt hic arthreticus dicat. Recentiores semp artheticam vocāt: de quo Serenus sic. Si vero articulos tabes inimica p oēs Heserit: ex ficu betas ac melle ligabis. Ennio ipse pater dū pocula siccat iniqua. Hoc vitio tales fertur meruisse dolores. Podagra pedum est dolor. pus idest pes: ⁊ agra atrocitas vel infirmitas. Ouidius. Soluere nodosam nescit medicina podagram. vel q̄ podas id est pedes agrene id est capit. Chiragra manuum dolor est. chir enim manus est: ⁊ agra dolor. Ec sciatici dicunturiquibus in coxendice seu in coxe vertebra: que scia dicit: dolor inest: ⁊ ꝓpterea claudicant. Podagra raro castratos vel pueros ante femine coitū: vel mulieres nisi quibus menstrua suppresa sunt tentant: vbi sentiri ceperunt (vt celso placet) sanguis mittēdus est. Id enim inter initia statim factuz sepe annuam: nōnunq̄ perpetuā valitudinē prestat. Quidā ēt cum asininio lacte epotose eluissent: in perpetuū hoc malū euaserunt. Quidam cum toto anno a vino mulso venere sibi tempassent: securitatem totius vite consecuti sunt: idq̄ vtiq̄ post primū dolorē seruandum est ēt si q̄ uit. Coraz morbus de genere articulari est: nisi qd̄ insedit coxe eius cā est multus ⁊ pituitosus humor in coxa concretus. Dolor aūt languētibus est ab vertebre loco: ⁊ inguine ad genu vsq̄: in pluribus aūt ad pedem vsq̄ transit. ¶ Nō sola podagricū omnē q̄ morbū articularē efficit imbecillitas mēbroz: sed ēt humorum contra naturā redūdans multiplicatio. Nā cū mēbroz nutriendi vis subuulsa fractaq̄ est ciborum affluentia: inde cōcoctiones non sunt: redundatq̄ humor in articulos quosuis: vt crura ⁊ pedes manusq̄: neruorumq̄ nexus reuinciens dolorem suscitat: melariq̄ diaq̄ articulorum occupat loca crura media: vel coxas: vel cubitum: vel brachium. Cum aūt pedes occuparit perturbās humor

De coxarum morbis.

De podagra ⁊ omni articulari morbo.

Inbecillitas mēbroz fit podagra.

podagra morbus appellat. At cū in oēs corporis trāsierit artus causa: iam articularis languor dici cōsueuit: quo vertebre spine: ⁊ scapule: ⁊ coxēdices: ⁊ ois artus morbo subiicit quibusdā aures quoq̄ ⁊ dentes ⁊ guttur: ⁊ q̄nq̄ iecur ⁊ lien articulari dolore obstanguet: quibus nisi celeriter succurrat: confestim imminet exitiū. Redūdans itaq̄ ⁊ affluens humor aliqñ biliosus: aliqñ sanguineus: aliqñ melancholicus: frequēter autē pituitosus ac crudus est ex ciborū redūdantia ⁊ incoctionibus ⁊ ocio conflatur. In articulis nāq̄ inueterascens densescit: ⁊ glutinescit. Est ⁊ quādoq̄ mixtus: ex pluribusq̄ constat: tum non facile dinoscit: curaturq̄ difficilius aut prorsus incurabilis egritudo. Principiū morbi frequenter labor immēsus: ⁊ valide deābulationes exciplūt: iugisq̄ equitatio: veneris intēpestiuus vsus: insuetaq̄ frigida potatio frigidorū: aut multarū aut noxiarū escarū vsus: aut vinū multum et austerū. Principales autē cause que suscitāt sunt anxietates ⁊ exitiales cure et vigilie: ⁊ relique animi egritudines: que non modo admouent sed etiam malū humorē gignūt. Varia nimirū huius languoris est causa. Inde humorē differētie multifarie biliosus igit fluxus coloris liuentis: ⁊ rufi: ⁊ calorem ingerit: acutioreq̄ efficit dolorem: ⁊ propere editur in cutem absq̄ ingenti tumore impositis calidis rebus exacuitur. vt refrigerātibus remittitur is lāguor. Plus alijs aduenit precipue biliosis: ⁊ in febribus frequēter aduenit in ipsis paroxismorū accessionibus cum sitibundi sunt. Atrū vero colorē in melancholicis videas. Albū vero ⁊ aquosum in pituitosis tardioreq̄ dolorez: vt turgescat: vt sanguineus color est: quibus sanguis humor redūdarit: victum in cūctis suum esse expedit. Unguentuz ad podagrā. fabe solide: lupinorū. aā. ℥.iiij. terere simul et misce adipis suilli. lib. imponitoq̄ ad calidam. frigidum: et frigidā calidum. Item stercus ciconie cum adipe porcino mixtū et podagrā curat. Item acatia cum aceto inducta. Iterū rafanum oleum cum nitro et sale mixtum et inductum curat. Itidem hyoscyami folia tenera cum axungia ⁊ myrrha: aut cum albugine oui: necnon fel taurinū cum aloe mirū creditur. Stercus quoq̄ pauonis in aceto acerrimo dilutū calefactū podagre impositum sedare mirifice creditur. Cum senseris pedes a podagra inflāmari: cape allium contere: ⁊ illine ad diem permitte ne soluas.

Inmarcabili. quando. Cause

Unguentū ad podagram.

¶ Ex traditione penorum ⁊ arabum. §.ij.

Passio sciatica nascitur ex humoribus in neruum illum grossum descendentibus: qui scia vocatur: hec inter lacertos est coxe. Fit autē plurimū ex humoribus phlegmaticis ⁊ viscosis in concauitate coxe se adunantibus:

Isaac. vj viati. ca. xviij.

aliquãdo ex humoribus sanguineis cum cholere rubea mixtis ⁊ ibidẽ collectis. vnde patiunt dolorẽ in coxis: aliquãdo descendit dolor vsq̃ ad crura ⁊ calcaneũ: ⁊ vsq̃ ad parũ pedis digitũ: aliquãdo est in vna parte: aliq̃ in vtraq̃. Si aũt sit in sinistra peior ⁊ molestior est q̃ in dextra. Si ex humoribꝰ sanguinolẽtis ⁊ cholericis: sequit nimietas doloris ⁊ continuatio pulsationis: et ardor ⁊ incensio: quod maxime contingit iuuenibꝰ. Si ex calidis certificetur esse humoribus. vena minuatur que saphena vocatur de calcaneo. Si passio sit in vtraq̃ parte phlebotomenk vtreq̃ vene. ¶. dixit tantũ valet hec phlebotomia vt vna die infirmus euadat: aliquãdo etiã vena in medio brachio est phlebotomãda de parte infirma: ⁊ maxime in initio hoc fiat: si nos adiuuerint tẽpus etas cõsuetudo ⁊ regio. postea dãda est pharmacia que cholerã rub. purgat. similiter cly stere faciamꝰ: nutriamꝰ cũ dieta caloris extrictiua sepe baineenk in aqua dulci: demꝰ pilulas de mastice et aloe. Ungamus epithimatibꝰ frigidis. Podagra est dolor calcanei: ⁊ plãte pedis cũ distẽtione nerui ⁊ pulsatione sui nascẽs ex malis humoribus ad calcaneũ descendẽtibꝰ. Qui si calidi sint et acuti: dolor nimius erit: ⁊ pulsatio cõtinua incidẽs calcaneũ. si sint frigidi ⁊ grossi fit grauitas nimia: ⁊ extensio ⁊ sine dolore acuto et pulsatione nõ est tumor. Apostemata autẽ podagrice ⁊ arthetice passionis nõ sunt tumẽtia q̃ tumor in solis mẽbris carnosis nascit et multũ sanguinis habẽtibꝰ. hoꝝ mẽbroꝝ hũiditas viscosa ⁊ frigida est nutrimentũ. etiã q̃ sunt carne nuda nõ sunt tumẽtia. plurimum nascit hec passio suauiter ⁊ quiete viuẽtibꝰ ⁊ exercitia negligentibꝰ: vel purgatiões ⁊ mũdificationes corpis nolẽtibꝰ: maxime cũ multũ comedãt atq̃ bibãt. Hee enĩ res in corpe creãt humores. Si aũt materia seu natura pedes inuenerit debiles: descẽdẽt ad eos humores. mẽbra ꝯo cũ sint debilia nõ possunt eos expellere ex defectione sua: vnde hec passio venit maxime principibꝰ ⁊ suauiter viuẽtibꝰ: ⁊ corpora humida habẽtibꝰ: maxime si multo coitu vtunk: et cibis nimijs impleãtur. cõcatenatio mẽbroꝝ calefacit cum motus ad coitũ fit: ⁊ calor humores sibi attrahit. Itẽ assuefactione coitus nerui larãtur ⁊ rumpunk plãte pedum ⁊ calcaneũ mẽbra neruosa essevidẽtur. vnde fit vt q̃ nõ coeũt eunuchi nõ patiunt hunc morbũ. et si habuerint tñ raro: quod fit eis ex multitudine humorum ꝓpter inordinationẽ diete. Sicut etiã pueri non fiunt podagrici nisi ex inordinatione diete ⁊ ciborum multitudine. Mulieres vero non fiunt podagrice: q̃ non laborãt in coitu sicut masculi: ⁊ omni mense purgãtur mẽstruis. Quicquid diximus de podagricis illud intelligendũ est de artheticis. ¶. podagra incit

De podagra.

est passio incipiẽs in vere ⁊ in estate: sanatur in. lx. diebꝰ vel antea. Si in autũno ⁊ vsq̃ ad hyemẽ durauerit: durũ est eã curari: et q̃ oportet nos eã curare phlebotomemus eos si multũ sanguinẽ habuerint: ⁊ maxime sup manũ si in eis sanguinis abũdãtia vel cholera sit causa: q̃ si hũores sint phlegmatici pharmacia phlegmatis purgatiua sunt purgãdi sicut pilulis de tapsia vel hermodactylis vt sunt iste. ℞. hermodack. myrobala. citrinorũ. añ. ʒ. iij. turbith. ʒ. j. ℥. aloes. ʒ. vj. tẽpera cum succo porri. Allie. ℞. myroba. citrri. bellirici ⁊ ẽblici zinziberis. añ. ʒ. vj. origani. ʒ. xj. tapsie. ʒ. iij. hermodac. ʒ. xxxiij. bdellij. ʒ. xxj. tẽpera cuꝫ succo solatri fac pilulas. Dyascorides dixit opiũ ⁊ crocum parũ cum lacte tẽpera: q̃ mitigant dolorẽ calide podagre apostematũ. Frigidis podagricis valet scordeon cũ aceto temperatũ vue passe mũdate ⁊ ruta insimul pistata ⁊ cõmixta valent arũgia vulturis cum stercore pecudum. ¶ Auicẽna. Cũ causa est in eis materia: tũc oportet vt prohibeatur quod efficit per attractionẽ ad contrariũ: ⁊ p̃ minorationem: ⁊ confortet mẽbrũ vt nõ suscipiat ⁊ resoluat q̃ ꝯ̃ inuectũ est vt priuetur: ⁊ redi in oib̃ illis ad canones vniuersales. Et facta diuersione cũ phlebotomia in sanguinea administra vomitũ ⁊ ꝓprie q̃ dolor est in inferioribꝰ: vomitus enĩ magis iuuatiꝰ q̃ vẽtris solutio: deinde administra solutiuũ vẽtris. Et incipe a re forti si nõ prohibet priuatio maturitatis: ⁊ grossitudo materiei: q̃uis facilis sit incolumior ⁊ gradatio cõueniencior: deinde sequet cũ solutiuis mũdificantibus ꝯm gradationẽ. Et rectiꝰ est in hoc si materia est cholerica subtilis festinare euacuationes cũ videt maturatio: ⁊ si est grossa nõ est malũ premittere q̃ eam subtiliet ⁊ maturet. Et si materia fuerit cõposita: fac vt solutiuũ ⁊ emplastrũ sint cõposita: iꝫ tñ melius sit vt blande tractet in principio: ⁊ non fiat phlebotomia: facit enĩ phlebotomia accrescere humores: et facit eos currere in corpus: ⁊ nõ extrahit illud q̃ necesse est vt abstrahatur. Epithimata ꝯo calida ⁊ narcotica omnia sunt nociua: calida quidẽ propter attractionẽ: sed narcotica ꝓpter cõgelationẽ ⁊ cruditatẽ. Et iterũ epithimata infrigidãtia grossum faciũt crudum: ⁊ mortificãt subtile: ⁊ prolongãt egritudinẽ. Et aqua calida nociua est eis: q̃m humectat iunctura. Et semina fortia: sicut semen feniculi q̃q̃ adurũt superfluitatẽ: ⁊ cõuertũt eã in lapidem. Et caue ne in potu des in primis nisi in medicinã debilez: q̃m ipsa mouet materiã: et non facit currere aliquid de quo sit curandum: imo subtiliat fortasse materias cõgelatas alias: ⁊ facit eas currere ad mẽbra. Et facta euacuatione administra prouocationem. Nã ꝓuocatio desiccat materiã doloris iunctur̃: ⁊ proprie

Auicẽna fen. xxij. tertij.

in podagra calida. Et plures habentiū dolores iuncturarū et cō
pleriones humidas: non iuuanť cum solutione plurima facta po
tatione ⁊ clysteri: ⁊ cuz medicanť diureticis sananť: extenuati ꝓ
non tolerant solutionē ⁊ prouocationē plurimā. Et repcussio ma
teriei a mēbro nō oportet vt fiat materia existēte fortis effusiōis
⁊ plurime resumptionis idest quātitatis: qm̄ illud facit duas res
malas: quarū vna est ꝙ facit inobedientez materiā. quare accidit
dolor magnus: ⁊ secūda est qm̄ fortasse conuertet ad mēbra princi
palia: quare accidit timor. Et cū materia non est plurima: aut nō
est magne effusionis. tūc non est malū repellere eam in primis nisi
in sciatica. nam repercussio in ea retinet materiaz in profundo. Et
non oportet vt approximentur ei resolutiua fortia in principio rei
ante euacuationē: qm̄ facit euenire materias plurimas. deinde re
soluet subtile earū: ⁊ inspissat residuū: ⁊ retinebūt ipsum. Cū igit
fortes sunt dolores: ⁊ nō toleranť: nō est excusatio quin tribuanť
sedātia dolores ebibita ⁊ linita. Et non administres stupefaciēs
nisi apud necessitatē: et mensura illud qd̄ sedat dolorez ⁊ maliciā
summā doloris ⁊ vtere eo cū audacia ⁊ temeritate plus. Et scias
ꝙ rectius est ꝙ permutatio fiat cū medicinis: qm̄q̄ em̄ est medici
na conferens vni mēbro ⁊ non alij: ⁊ qm̄q̄ confert in hora: deinde
nocet: et mouet dolorē. Et dimittāt vinū omnino: cōsuetus tamē
fm̄ gradationē: ⁊ vtatur cū ipsum dimittit diureticis: ⁊ syrupus
de diureticis confert eis. Et oportet vt deuitet caro in eo qd̄ fri
gidum est de hac egritudine: ꝙ si necessaria fuerit: tūc detur caro
auis montane: leporis: gazeli. et omnis caro paucarū superfluita
tum. Et in hermodactylis quidē credit causa plurimi iuuamenti:
verū sunt nociui stomacho. quare oportet vt misceanť cū eis que
sunt sicut piper ⁊ zinziber ⁊ ciminū. Et emplastratio cum stercore
vaccino est fortis valde in doloribꝰ iuncturarū ⁊ dorsi ⁊ ieiunium
maxime prodest. ¶ Rasis. Dolores iūcturarū ⁊ maxime in poda
gra plurimū fiunt ex humore crudo cui permixtū est aliquid cho
lere: ⁊ fm̄ minus ex sanguine indigesto: ⁊ qm̄q̄ est cum eis calidi
tas vehemens: ⁊ non nominat podagra: nisi qz est in iuncturis pe
dum quibus propriū est ꝙ apostema eoꝝ non fit sanioſum: ⁊ non
facit collectionē sanie: sicut rel qua apostemata. Sed aut resolui
tur: aut ingrossatur: ⁊ fit lapis: ⁊ rumpunť ex eo digiti: ⁊ egrediū
tur ex eis res diuerse ex sicco ⁊ humido. Et signa doloris iunctu
rarum ex caliditate sunt rubedo coloris loci: ⁊ caliditas tactus.
Cura eius est phlebotomia ex sinistra manu si est in dextro: ⁊ ecō
uerso. Et si est in pede sinistro: ex manu dextra. Et si est in dextro
ex manu sinistra: et nō oportet vt dimittatur phlebotomia in hac

Rasis in lib. diuisionū ca. cij.

egritudine propter propinquitatē temporis phlebotomie. Sed
oportet vt fiat cū incipit apostema: ⁊ dolor: et pulsatio cum calidi
tate in iūcturis: ⁊ precipuesi est apostema quantitatis magne et
rubei coloris. Si nō est magne quātitatis: sed est parua caliditas
extrahatur sanguis minus. ¶ Serapio. Et materia ex qua fiunt
iste egritudines: fortasse est ex caliditate aut sanguinea aut chole
rica. Et fortasse est ex frigiditate: sicut humor crudus qui non di
geritur qn̄ aggregat in iūcturis: ⁊ iste in essentia sua est similis sa
niei grosse: ⁊ cū morat in iūcturis tēpore longo nō solū ingrossat:
sed acquirit viscositatē multā siccā. Et fortasse est causa hui⁹ egri
tudinis humor melācholicus. Iūcture autē quas consequit egri
tudo fm̄ plurimū nō redit aliqua earū ad formā suam naturalē: ⁊
plurimū accidit hoc in sciatica: ⁊ duabus anchis ⁊ podagra. Do
lores autē iuncturarū reliquarū fortasse resoluunť resolutiōe cō
pleta. et proprie qn̄ sunt ex superfluitate sanguinea: nam q̄uis re
deant iuncture ancharū aut pedū in egritudine sciatica: et poda
gra in hora ad dispositiones suas naturales. tamen egritudo re
dit ex quibuslibet causis propter preparationē illarū iuncturarū
ad recipiendum materiam velociter.

Serapio iij. breuiarij. ca. xxiij.

¶ Ex traditione auctorum recentium. §. iij.

Gutta passio est ex reumatismis proueniēs ad iunctu
ras. et habet tres species: chiragrā: sciaticam: ⁊ poda
gram. Gutta autē ⁊ arthetica apud recentiores me
dicos ita differūt. Arthetica iuncturarū est dolor cuz
tumore vel sine a mala cōplexione humore seu vento
sitate in ipsarū existente cōcatenatione causatus. Membrū em̄ ner
uis seu ligamentis artarū artus dicitur: a quo artherica nomen
accepit. Gutta ꝓ pro cuiuscūq̄ interdum humoris stillicidio ad
quāuis nostri corporis partē defluentis accipit: qualiter vulga
res humiditatē quālibet tām ad pectus q̄ indifferēter ad quod
uis membrū aliud defluentē: guttam vocāt. Alio modo capit gut
ta prout est iuncturarū dolor ab humore in ipsarū concatenatio
ne a mēbris alijs defluente causatus. Quēadmoduz em̄ membra
ad seinuicē escam trahunt: ita ad seinuicē superfluitates deponūt
vt. G. in de virtutibus naturalib⁹. Sciatica ꝓ denominat a scia
id est ab illo osse cōcauo in quo vertebrū vertit in anchis abytraq̄
parte: et generatur ab humore reumatizāte ad illam iunctura m:
et imbibente ligamentū per quod illa duo ossa continuanť. hoc er
go reuma siue descensus humoris ad istam iūcturā multis modis

causatur: qr tot modis quot generant apostemata et plurib9. Generatur ergo sciatica passio ex superfluitate humorũ ⁊ debilitate iuncture suscipientis que debilitas quãdoqꝫ est a prima creatione: et quandoqꝫ ab alio euentu vt casu percussione. Item causatur a largitate venarũ aut viarũ: ⁊ qñqꝫ per raritatẽ iũcture ⁊ capacitatem: qñqꝫ ꝓpter superfluã attractionẽ ibi factã a calido acquisito per motũ et fricationẽ: ⁊ iterũ qr iũcture ceteris membris sunt subiecte. mẽbra eñ supposita subiectis mẽbris superfluitates frequenter expellũt: fit etiam quãdoqꝫ dolor in iunctura: vnde plurimum fit attractio. Rũpitur etiã qñqꝫ ligamentũ: sed tũc non est curabile: ⁊ aliqñ laxat ⁊ lubricat. vnde resilit vertebrũ a scia: ⁊ bñ curatur. Cause iste sunt antecedẽtes corporales. Cause aũt primitiue plures sunt: sicut nimia satietas: ⁊ paucitas: vel malitia digestionis: ⁊ longa tranquillitas: et ociositas assidua: et coitus immoderatus: ebrietas: ⁊ crapula: ⁊ cõsuetarũ euacuationũ dimissio: et hemorroidarũ cõsuetarũ retentio: omnia ista caliditatẽ diminuũt innatã: sicut ligna plurima paruũ ignẽ: vnde sequit superfluitatũ aggregatio: ⁊ maxime frigida complexione iuuãte istas causas. Causa etiã guttarũ primitiua est motus post cibũ: vel comestio in balneo: ⁊ potus etiã vini puri ante cibũ maxime generat guttas: qr illius natura est penetrare ad totum anteqꝫ etiam digeratur si vias reperiat apertas. Itẽ impuritas spermatis ⁊ sanguinis has accelerat passiones. vnde nominant hereditarie a patribus vel ab auis: sicut lepra. Labor iterũ immoderatus: ⁊ euacuationes attrahentes humores ad inferiora cause sunt guttarũ: natura enim superflua expellit adviam illam: ad quam consueuerũt declinare. Item fiunt iste passiones per solam ⁊ simplices qualitatem absqꝫ humoris vitio: sicut dicit alexander. vt per malã cõplexionẽ calidam frigidã siccam ⁊ humidã. Sed hec per alterãtia de facili curatur. Cause conũcte humorales aliquãdo sunt sanguinee: aliquando phlegmatice: aliqñ cholerice: aliqñ melancholice: aliqñ ex duab9: aliqñ ex pluribus fit cõpositio. Sic ergo descripsimus causas primitiuas antecedẽtes ⁊ conũctas: qr coniuncta appellatur humor replens. In iũcturalibus membris diuerse nascũtur passiones: sicut sciatica: arthetica: apostema: spasmus: chiragra: podagra. Apostema ꝓ fit de materia coarctata in membro carnoso. Dolor eñ fit ex humiditate vel ventositate in vno loco coarctata ad apostema. Spasmus fit ex neruorum repletiõe cõtrahẽte membrũ ⁊ abbreuiãte. Sciatica ꝓ chiragra podagra: que tria generali nomine appellant gutta: magis fiunt ex humiditate replẽte ligamẽtũ ipm. Arthetica est dolor ⁊ tumor q̃ in cõcatenatione aut concauitate membrorum est descendens: aliquando a scia vsqꝫ ad genu: vel ad calcaneum: vel ad omnes digitos pedum.

Arthetica igitur fit ex humore eodem vt gutta ad exteriora se extendente. vnde fit cum tumore: vt habetur ab Isaac in pantegni. In scia vero vel podagra non est tumor: sicut dicit Galenus sup illum apho. Podagrice egritudines in. xl. dieb9 ⁊c. Unde aliqñ primo fit podagricus: et post arthetic̃us cum a ligamento humiditas spargatur: cuz ergo podagrici fiant: et post arthetici: nõ tamen impedit quin aliquando fiat econuerso: vt primo fiat dolor ⁊ tumor in iunctura: et postea materia in ligamentum profundetur et fiat podagra. Et que est comparatio podagre ad arthetic̃am eadem potest esse sciatice et chiragre ad podagram. Idem enim regimen esse debet chiragre et arthetice. Et licet videatur esse eadem cura scie et podagre. hec in summa pauca repetamus. Dico igitur q̃ cura podagre est per digestiua: et per laxatiua suauiter et per resoluentia eius quod est in iunctura imbibitum: et per cõpletam mundificationem: et per confortantia iuncturas: et similiter loca vicina ne recipiãt amplius reumatismum: qualia sunt frigida ⁊ sicca: vel frigida cum pauca humiditate: vt si cholera acuta sit in causa. Et scias q̃ vltimo loco ad confortandum membrũ mortificatũ põt vti talibus mũdificatiuis cũ excellẽtijs. In principijs confortationibus talibus est vtendum aliquãdo: vt quando humor est in fluxu: vel quando acutissimus est dolor: et ad dolorem mitigandum: sed sic non debent esse fortia: sed quãtũcũqꝫ potest debilia: ne humor indigestus induretur. Et huiusmodi patientes in abstinentia viuere debent: et vti paucis cibis et digestibilibus in frigida causa. In causa vero calida grossiori possunt vti dieta sicut carne bouina: et ventribus arietum vt vult Alexander q̃ ex his humor generatus: cum sit grossus nõ penetrat ad iũcturam: et choleram vincens nõ cõuertit dietam grossam in choleram adurendo: vnde sic causa antecedens: vel conũcta nõ generatur. isti tamen patientes de cholera nũqꝫ debent vti vno9 q̃ si pati nõ possunt in hyeme parum bibant vinum cum aqua plurima: in vere vel estate nullo modo. In frigida vero causa parum prodest vinum: qr subtilitate sua cito penetrat deportans secum humores: minus tamẽ ledit q̃ꝫ si esset de materia calida. Item tales acetosa semper fugiãt: qr eorum est proprietas percutere nerues: et iũcturas penetrare. Canones vniuersales cõtra sciaticã. Primus. Educãtur materie supflue in vias ductũ. Secũdus. Minoratiue soluãtur materie ꝓprie doloris sciatice antecedentes et trãsiture i ꝓũctas. Tertius. Diuertãt materie ãtecedẽtes a mẽbro: Canones vniuersales in sciatica.

vel membris mãdãtibus ad sciaticã. Quartus digerãtur paulatim materie antecedentes ⁊ cõiuncte dicte sciatice. Quintus eradicentur paulatine dicte materie. Sextus prouocentur per vrinã dicte materie. Septimꝰ educãtur euaporatiue seu p cutis porositates dicte materie. Octauus cõfortẽtur virtutes membrorꝫ mittentiũ ad sciaticam: ne de nouo generent humores superfluos. Nonus cõfortenť ambe sciatice: ne humores superfluos recipiãt.

Enema educens materias cõmunes

Enema reducens materias superfluas cõmunes in vijs ductuũ. ℞. foliorũ blitis maluarũ, añ. ℳ.j. mercurialis. ℳ.j. ℉. florũ camomille melliloti aneti. añ. ℳ.j. seminum fenugreci lini cartami. añ. ℥.℉. vitellum oui.j. casiefistule. ℥.j. benedicte simplicis zuccari rob. añ. ℥.℉. olei liliorum albor. ℥.iiij. camomille. ℥.ij. salis communis. ʒ.ij. herbe flores semina bulliant simul in sufficienti quãtitate aque pro enemate vsqꝫ ad consumptionẽ tertie partis aque: deinde optime exprimãtur ⁊ colentur: vltimo de duabus cyatis dicte colature reliqua oia addantur et fiat clystere. Isto vtatur bis in hebdomada stomacho ieiuno ⁊ plus ⁊ minus ꝟm necessitatem.

De phlebotomia i sciatica.

Minorantia materias proprias doloris sciatici antecedentes ⁊ trãsituras in antecedẽtes. Fiat phlebotomia basilice ex manu lateris oppositi sciatice egrote ex qua extrahãtur. ℥.iiij. sanguinis vsqꝫ ad.vj. et plus ⁊ minus ꝟm vniuersalem repletionem: et particularem sanguinis aut phlegmatis mixti cum eo. Ista fiant in mane hora tertiarũ stomacho ieiuno facto enemate in die precedenti dictam phlebotomiam: ⁊ eodem mane prius habito vẽtris

Solutiuum.

beneficio: ⁊ non iteretur nisi incũbente necessitate. Solutiuum minoratiuũ materiarum propriarũ. ℞. casiefistule. ℥.j. reubarbari. ʒ.ij. aque salue. ℥.j. seri caprini. ℥.ij. istud assumat in aurora quarta vel quinta die post phlebotomiam cũ modis ⁊ ordinibꝰ. Minorẽtur materie proprie antecedens ⁊ cõiũcta cũ abstinẽtia et exercitio ꝟm proportionem ipsarũ ad virtutem: in oẽm tamẽ euentum ieiunet semel in hebdomada. in quo comedat oua non pisces nec caseum. Solutiuũ aliud. ℞. foliorũ sene. ʒ.j. myrobalan. citrinorũ et kebulorũ. añ. ℥.ij. cuꝫ syrupo de absinthio. ℥.j. aque iuniperi qꝫ

Aliud solutiuum.

sufficit misce et fiat potio. Si vero voluerit infusionez solum quadruplicet sene: et triplicet aut duplicet myrobalanos. Diuertatur materia cum vomitu: et fricentur brachia. Digerẽtia paulatim materias antecedentes et coniũctas. ℞. syrupi de eupatorio.

Digestiua.

℥.j. mellis rosati colati. ℥.℉. pulueris aristologie ro. ʒ.℉. aque salue. ℥.ij. iuniperi. ℥.j. Istum syrupũ debite calidũ assumat et non tepidũ in aurora: et ad minus p nouẽ horas post cenã: et post stet ieiunus horis quattuor. Euacuãtia materias dictas eradicatiue

Euacuãtia eradicatiue.

paulatine. ℞. Pilularũ iuuamenti ꝟm Auicennam de lapide arme. agarici. añ. ʒ.j. ⁊ cũ electuario indo fiant pilule ⁊c. Aliud. ℞. pilularũ de hermodacti. ʒ.ij. fetidarũ. ʒ.j. misce ⁊ cũ electuario indo formẽtur pilule. Aliud. ℞. cimini armeni zinziberis. añ. gra.iij hermodactylorũ. ʒ.℉. aloes. ʒ.ij. misce ⁊ cũ succo aneti formentur pilule. Completis duabus euacuationibus ordinatis ex minoratiuis ⁊ digestiuis: tunc per sex dies post fiat phlebotomia ⁊ extrahatur ex sciatica. ℥.iiij. sanguinis. phebotomia tamẽ saphene fiat si dolor est in parte siluestri sciatice: ex qua extrahať sanguis vt ante. Si suprascripte phlebotomie nõ iuuent fiet conuenienter tunc phlebotomia poplitis et est melior suprascriptis siue dolor sit in parte domestica: siue siluestri sciatice per quam extrahãtur. ℥.iiij. sanguinis. Et hec fiat per sex dies post precedentem phlebotomiam ꝟm tamẽ tenorem virtutis. Euacuãtia prouocãtia materiam antecedentem. ℞. radicuꝫ feniculi petrosilij. añ. ℳ.℉. brusci sparagi añ. ℳ.j. ciceruꝫ rub. ℥.iiij. misce et bulliãt in sufficiẽti quãtitate aque ad semidecoctionẽ: deinde colentur et decoctiõe vtatur cum modico zuccari. Educẽtia materiam coniunctam a concauitate sciatice cũ euaporãtibus. ℞. sauine rute. añ. ℳ.j. radicũ vtriusqꝫ aristologie. añ. ℳ.℉. ysopi sicci. ℳ.ij. calamenti. ℳ.j. sulphuris viui. ʒ.iij. aque cisterne quod sufficit misce et bulliant vsqꝫ ad consumptionem tertie partis. Rubificatiuũ eductiuũ materie coniũcte a concauitate sciatice. ℞. Emplastri de sinapi mesue qꝫ sufficit ad rubificandum locum vbi est dolor fixus: pinguedinis galline. ʒ.j.℉. radicis altee. ʒ.ij. misce. Cerotum. ℞. picis naualis. ℥.ij. sulphuris ℥.℉. olei spice quod sufficit ad conficiendum cerotum misce. Rubificatiuum et eductiuum ad idem. ℞. seminis rute siluestris baccaruꝫ lauri. añ. ʒ.j. pulpe coloquintide. ʒ.℉. ameos calamenti sicci. ana. ℳ.℉. oppoponaci armoniaci. ana. ʒ.ij. nitri. ʒ.j.℉. sulphuris. ʒ.℉. picis naualis. ʒ.j. olei de costo ad impinguendum quod sufficit: misce pro emplastro. Euaporatiuum et est cerotum. ℞. oppoponaci. ʒ.iij. ysopi sicci. ℳ.ij. radicum arist. rotun. ℥.℉. calamenti. ℳ.j. picis naualis. ℥.℉. olei costini quod sufficit: misce et fiat cerotum. Contra guttas et dolores earuꝫ. ℞. myrobala. kebulorum. ℥.ij.℉. turbith. ʒ.j. zinziberis. ʒ.ij. se. petrosilij. ʒ.ij. ameos domestici. ʒ.ij.℉. zuccari albi ad pondus omnium puluerizentur et capiatur pro vice. ʒ.iiij. in aurora cum vino bono calido et facit asellare ter vel quater suauiter: et est medicina secura: nec est custodia nisi quod cena ante assumptionem sit per octo horas: vt melius operetur medicina. Contra nodositatem iũctu tarum manus et aliquantulũ stuporem. ℞. muscillaginũ seminũ

Aliũ euacuatiuuꝫ.

Aliud solutiuum.

Euacuãtia materiam antecedẽtẽ.

Educẽtia coniũctam materiam.

Rubificatiuũ in fortiuma emplastri.

Cerotũ.

Rubificatiuũ aliũ.

Euaporatiuum.

Contra dolores guttarũ.

Contra nodositatem iũctuarũ.

lini fenugreci muscillaginū altee.añ.ʒ.ß.pinguedinis galline.ʒ.j. dragagāti gūmi arabici.añ.ʒ.j.pulparū sebesten.ʒ.j.pulueris calamenti.ʒ.ß.olei liliorū alborū.ʒ.j.terebēthine:ʒ.ij.cere quod sufficit pro ceroto:misce et fiat cerotum. Istud cerotum partibus manuum lesis apponatur:et debite ligetur: ⁊ taliter triḇ diebꝰ teneatur:deinde soluatur:et postea reiteretur applicādo taliter ꝓm necessitatem. Si vero vult vnctionem:tunc minoretur quantitas cere in hoc medicamine:et totum hoc redigatur in formā vnguēti et vnguātur loca manuū lesa stomacho ieiuno: videlicet ꝑ vnam horam ante prandium:et ante cenam tantūdem:etiam quādo vadit dormitum.et eo taliter vtatur ad libitum frigido et recenti:et est singularissimum.

Unguētū ad idem.

¶ Finitur liber quintus aggregatoris lugduneñ.

¶ De egritudinibus cutis per modum supplementi.

¶ Ex traditione grecorū penorū arabū et latinorū. §.j.

Impetigo est que vulgo volatica dicitur: ꝓm alios sedatio cutis serpens cum pruritu: ꝓm alios sicca et aspera scabies ⁊ prominens. Alij diffiniunt morbū similem scabiei squamosum corpusq; deḇonestantē. Cassius vero felix ita dicit. Impetiginē greci lechenas dicūt: latini zernas. nascūtur ex melācholico humore rotūdo sichemate in superficie cutis cum ingenti pruritu: dicit et serpiginem dici: cū serpere ceperit: ⁊ dicitur impetigo ab impetu. vnde samonicus. Si vero vitū est qꝫ ducit ab impete nomē Hoc matutina poteris cohibere salliua. Ab impetigine venit impetiginosus: quo nomine vtitur Ulpianus .ff.de edi.edicto.l. pōponius dicens. Trebatꝰ ait. Impetiginosum morborum nō esse neq; vitiosum: si eo membro vbi impetigo esset q̄ recte vtatur.

Cassius felix.

Samonicus.

Ulpianꝰ.

Paulus egyneta.

¶ Lepra ⁊ psora germani (vt volūt) sunt morbi: ideo a paulo egyneta simul describūtur in hanc sententiam. Lepra et psora sunt in superficie cutis asperitates cū pruritu et resolutione ex melancholico humore ortum habentes. Sed lepra quidem cutem profundius depascit in orbē procedens: atq; in ea quedam veluti squamule resoluūtur. Psora vero magis in summo cōsistit: varijsq; modis figurat: et furfuracea corpora abijcit. Lepra igit apud paulum egyneta: est impetigo ex corticatiua. apud Auicēnam. sicuti impetigo non excorticata apud eūdem est licheri: apud grecos elephātia vel elephāsiasis. teste paulo egyneta: est cācer totū corpus occupās. Lepra vt inquit Galenꝰ: passio solꝰ cutis est: ſz in elephātiasi nō mō cutꝭ: ſz carnes etiā atq; ossa: vt Celsus quoq;

Galenus

Celsus.

testatur plerūq; vitiant. Illud aūt admonendum: aliud morbi genus significari verbo elephantiasis in libris arabū: aliud in libris grecorum. Rasis siquidem atq; Auicenna elephantiasiz accipiūt ꝑ morbo in quo pedes ⁊ crura super modum intumescūt. Gale. ⁊ paulus egyneta oēsq; greci. auctores morbū volunt quem Auicenna ⁊ medici iuniores lepram appellant. Elephantiasi aūt qui laborant (vt inquit Galenus) carnem habēt nigram ⁊ tuberibus plenam. qualis est cutis elephantū. nōnulli dictam existimant ob morbi magnitudinem: q̄ nulli fere remedio succūbit. Et plinꝰ differentiam inter lepram ⁊ elephantiam videt velle: dum dicit lib. xxviij.ca.ix. Serum lactis quod schistum appellauere: datur comitialibus melancholicis paralyticis in lepris elephantisis articularibus morbis. Et idem lib.xxvj.cap.j. Vtrimus elephantiasim ante pompei magni etatem non accidisse in Italia: ⁊ ipsam a facie sepius incipientem in mare prima veluti lenticula mox inualescente per totum corpus maculosa varijs coloribus ⁊c. Inde lepiosi elephantiasi ⁊ elephantiosi: quibus omnibus vtitur Firmicus maternus non semel.

Rasis.

Auicēna

Plinius.

Firmicus maternꝰ.

¶ Vitiligo totius corporis est vitium. Nam vitiliginez faciunt diuersi coloris macule per omnia membra dispersе. Et dicitur vitiligo a vitio vel a vitulo: propter seius membrane candorez qua nascitur inuolutus. Josephus lib.vij.iudaici belli. Nec enim lepiosis siue vitiliginosis ⁊ semine fluentibus: quos Gonoticos vocant: neq; mulieribus menstruo cruore pollutis: neq; alijs inquinatis participare sacrificia permittebant. Ibi Josephus. siue interpres rufinus videtur non multum distinguere vitiliginosum hoc est vitiligine infectum: a lepioso. At perperaz legitur gonoticos apud eundem: gonortheos enim dicendum fuerat. Sunt enim Gonortheі semine ⁊ genitura fluentes. gone enim semen humanum ⁊ genitura dicitur: ⁊ reo idest fluo. Alij etiam perperam gomorreos legunt.

Josephꝰ lib.vij. iudaici belli.

¶ Porrigo est vbi inter pilos quedam quasi squamule surgunt hec quoq; a cute resoluuntur: ⁊ interdum madent: multo sepius sicce sunt. id euenit modo sine vlcere: modo exulcerato loco. huic quoq; modo malo odore: modo nullo antecedente: fereq; id in capillo fit: rarius in barba: aliquando etiam in supercilio. Et dicitur porrigo. ginis. penul. produ. a porrigendo: idest extendendo: crescendo enim extenditur: ⁊ inde porriginosus: qui porrigine infestatur.

¶ Parotides sunt apostemata secꝰ aures: para enim ad significat. ⁊ ota aures dicunt. paradontides siue paruludes sunt tubercula

iuxta gingiuas cum caro in gingiua excreuit.

¶ Lentigo est macula subruffa: ⁊ interdum nigra in facie ⁊ alibi: ad lentis similitudinem. dicuntur ⁊ lenticule ⁊ greci hypopie.

¶ Clauus genus est viceris: quod nonnunq̃ alibi sed maxime in pedibus nascitur: doloremq̃ si nõ alias tamen ingredienti affert ⁊ qui clauum habet morbosus est: vt dicit Vlpianus. ff. de edi. edicto. Plinius. xxvj. Clauos pedum extrahit ladanum cum castoreo verbenaca ex vino. quo morbo pijt Silius italicus egregius poeta.

Vlpianus

Plinius.

¶ Myrmecie sunt verruce siue vlcera duriuscula: que radices altius erigunt: ⁊ nascuntur aut in palmis aut in inferioribus partibus pedũ: ⁊ sunt in lupini amplitudine: sic dicte: quia formice modo pungant: quas greci myrmecas vocant. Greci igitur quedam genera verrucarum myrecias ⁊ acrocordonas appellant. Sunt aũt acrocordones amplitudine fabe. Verruca aũt est tuberculum caroq̃ dura ⁊ callosa sine pruritu: porrus vulgo dicta. Serenus. Interdũ existit turpi verruca papilla. Inde verrucosus frucis plenus: ⁊ verrucaria herba a latinis dicit que verrucã tollit.

¶ Fistula est vlcus altum angustum ⁊ callosuz in corpore: siue ex vulnere sit: siue ex vitio orto: quod ad suppurationem venerit: cuius meminit Iurisco. ff. de varijs ⁊ extraor. cog. dicens. medicos accipiet forsan qui alicuius partis ⁊c. vt puta si auricularius: si fistule: si dentium. Inde Auricularius medicus: ⁊ Dentarius: qui aures vel dentes curat.

Iurisconsultus.

¶ Scrophula vel scropha dicitur esse tumor sub aure: de quo ita refert perottus sipontinus. Est tumor in quo subtus cõcrete quedam ex pure ⁊ sanguine quasi glãdule oriuntur. ⁊ a scrophis: qm̃ eo morbo afficiuntur nomen accepit.

¶ Semursa morbus est inter pedum digitos gemitum inducens de quo Plinius lib. xxvj. in prologo.

Plinius.

¶ Sacer ignis est morbus quem sancti Antonij ignem vocant. Dicitur ⁊ pruna: ⁊ ignis persicus: ⁊ carbo. ⁊ a Dioscoride vocat Erysipelas. Alij formicam miliarem vocant. Dicitur itẽ Antrax. Magna tñ est apud Arabes ⁊ medicos recentiores de pruna ⁊ igne persico vel sacro ambiguitas. Alij prunam atq̃ carbonez nõ idem malum: sed diuersa existimant: cum tamen quod ab Auicẽna pruna dicitur. a Galeno carbo latine vocatur: ⁊ grece Antrax Alij quãuis idem significant grece antrax quod carbo latine: differre tamen volunt: sed de his modis ⁊ scrupulis nihil ad me. De carbunculo ita loquitur Plinius lib. xxvj. cap. j. Carbunculus morbus est qui nascitur in occultissimis corporuz partibus: ⁊ plerumq̃ sub lingua duritia rubens: rarius modo: sed nigricans capite alias liuido corpus incendens: neq̃ tumescens sine dolore.

Auicẽna

Galenus

Plinius.

Et Celsus in sexto. Solent ẽt carbunculi ex inflammatione nasci: nonnunq̃ in ipsis oculis: nõnunq̃ in palpebris ⁊c. Inde carbũculantes dicuntur a Plinio: qui carbunculum patiuntur.

Celsus.

¶ Fungus est vlcus in sede simile fungo terrestri: quem morbum recentiores putant esse ficum: sed Ficus vel Sycos vel Sicosis grece quod est idez (vt vult Celsus ⁊ greci) in barba: ⁊ capillo est hoc est germina quedam cum vlcere rotunda cum rubore: que dolor sequitur. Et dicitur ficus: quia fici similitudine caro excrescit. Mariscе vero tubercula quedam cum vlcere ex turpi confricatione circa sedem nata.

Celsus.

¶ Condiloma morbus est qui nascitur circa coronaz podicis: tuberculum videlicet sanabile: ⁊ nascitur ex quadam inflammatione: iuniores medici vocant eminentes tumores: nunc molles nũc duros figura rotunda nihil eminentes.

¶ Cancrena caro est mortua ex vlcere: vel inflãmatione ⁊ rubore albescens: cuz vero nigricans insensibilis fit: ⁊ fit maxime inter vngues ⁊ alas ⁊ inguina: ⁊ in senibus fere: atq̃ his quorum corpus mali habitus est.

¶ Furunculus est tuberculum acutum cuz inflammatione ac dolore in carnosis maxime partibus. de quo Serenus. Cum sanguis nimius puro commixtus atroci Estuat: ⁊ papulas alte sustollit acutas. Resina misces ⁊ saxis ordea fracta. dictus sic quasi fur noceat.

Serenus.

¶ Ozena vt cornelius tradit: est cum vlcera circa nares sunt: plurese cruste: ⁊ odorem fedum habent: cui malo vix mederi potest.

Celsus.

¶ Polypus est humor preter naturam in naribus consistens a similitudine polypi marini piscis cognominatus: q̃ eius carni simillis sit. In hoc autem morbo caro interiora nasi occupat intumescens: agitq̃ radices plurimas: que tanq̃ pedes sunt. Inde polyposus qui patitur polypum: cuius meminit Vlpianus. ff. de edil. edic. dicens eum esse morbum. ibidem in glosa. Accursius poetarius grammaticus variam ⁊ falsam differentiã refert: quoad ẽtitatem inter polypum piscem ⁊ morbum dicens. Polipus est piscis: polypus lesio carnis.

Vlpianus.

¶ Carcinoma est cancer morbus. fit maxime in superioribus partibus circa faciem: nares: aures: labra: mammas feminaruz: ⁊ in lecore: aut splene hic nascitur. color eius rubor est: curationibus letitatur. Cuius tres species ponit Celsus in quinto. Primum cacethes cum vlcus quidem pressum est: sed que circa sunt intume-

Celsus.

Celsus.

scunt. Secundum sine vlcere. Tertium quod thymiuz vocant. Et cancer canceris pro morbo enim gene z cancer cancri apud Catonē in masculino reperitur: ineptit vt alibi: in hoc vocabulo Grecismus.

Cato.

¶ Pterygium fm Celsum est quando recedit ab vngue caro cū magno dolore: videturqꝫ diminutiuuz esse a pteron idest ala quā tunc maxime efficere vī caro ab vngulis discedens. Pterygium in oculis vocatur membranula quedam neruosa que oriens ab angulo nonnunqꝫ ad pupillam venit: ei quoqꝫ officit: vt dicit Celsus in septimo. Pterygium vero in digitis apud Paulū egynetā est cum caro excrescit partem illam contegens: que est in vngue. Pterygiū inquit appellatur: qō vitiū ex paronychia fere nascit.

Paulus egyneta.

¶ Alopecia morbus est in capite humano z barba ex vitio humorum: qui fit cum profluuio capillorum proueniens: dicta a vulpe que grece alopix dī: q ea crebro id genus morbi patiatur.

Celsus.

¶ Genera morborum que in pudibundis circa testiculos oriunt sunt teste Celso in septimo medicinaruz. Enterocela que dicitur cum intestina dilabuntur in scrotum. Epipocele cum omentuz in scrotum descendit: hydrocela cum in alterum ex testibus humor confluit. Has omnis species generali vocabulo (quoniam specialia apud latinos non habent) nostri vocant hernias a duricie pellis: que fit post intestinorum descensum. hernium enim durum z asperum lingua sabinoruz dicitur. Inde herniosus: vt dicitur Leuitici. xxi.

¶ Bamex vero has habet species. Porocelam: que est cum ex abscessu aliquo circa scrotum materia subduruit. Sarcocelam cum in ipso scroto concreuit caro. Cirsocelam: cum vene intumescunt tunicis testium integris: vel in ipso scroto: vel cum bubonocela dicitur in inguine. Plinius tamen enterocelam dixit ramicen. Inde grece cilece: a nostris ramicosi z hernosi dicuntur. Est etiam vt obiter tangam scrotum pellis: que testiculos ꝛtinet grece escheon dicitur teste Celso.

Plinius.

Celsus.

¶ Plauci appellantur qui supra modum pedibus plani sunt. Scauri vero sunt qui extantes talos habent. pansi quorum pedes incuruī.

¶ Pernio est morbus pedum ex nimio frigore proueniens: z calcaneum infestans: cuius diminutiuum perniunculus.

¶ Hec sunt que tumultuaria tm lectione de morborum nominibus collegi: collecturus plura imposterum.

¶ Ex traditione auctorum recentium.

Impetigo z serpigo de genere sunt scabierū: z sunt de materia calida z sicca multum ignita z superincensa. Impetigo tamen magis fit de materia magis ignita z ipetuosa magis q̄ serpigo: vnde perambulat locum in circuitu sursum z deorsum occupans. Serpigo vero fit de materia magis grossa z minus incensa: vnde nec ita mouetur sursuz sicut prima: sed magis deorsum in gyrum occupat locuz. Impetigo duobus modis fit: vel enim est equalis in superficie corporis: z fit de cholera nigra z fece sanguinis: aliqñ cum prurigine: vel superficietenus cōbusta cuius color est citrinus. vel rubori continuus siue contiguꝰ: z est furfurea fissa z pruriginosa: nascens de materia melancholica vel cholerica nimis incensa. Prima species: vt vult Ysaac medicabitur cum phlebotomia z pharmacia humores incensos medicantibus. Secunda cum medicina cholere nigre purgatiua. balneum aque dulcis assuescat: lauet cum furfure farina fabe: vngatur oleo frumenti: aceto pomi citri carui pistata furfure cum aceto: cinere cum feminino lacte: ellebori nigri cum aceto z acatie. ʒ. vij. gummi arabici. ʒ. vj. cum aceto vnge: post lauetur cum aqua dulci: z vngatur cum oleo rosaceo: z lapatium acutum mixtuz cū aceto omnia extirpat. Differt autem a lepra z morphea: qz tales fiūt de materia frigida z sicca incinerata. Ysta vero de calida: vnde locus vritur cum pruritu z asperitate cutis. Contra scabiem sumat patiens decem vicibus serum capinum cum isto puluere quātum capi potest tribus digitis. ℞. folliculorum scene. ʒ. iij. cinamomi seminis anisi aā. ʒ. ij. postq̄ sumpserit hoc sumat. ℥. f. cōfectionis hamech maioris secundum mesue. distemperetur cum aqua calida. Deinde de tertio in tertium diem sumat. ℥. f. huius mixtionis in mane ante diem cum aqua calida. ℞. dyacatolicōnis. ℥. ij. confectionis hamech predicte. ℥. j. misceātur. Facta purgatione lauet crura z brachia cum aqua extinctionis ferri z eris in qua bullierint radices lapatij acuti ieuno stomacho. Unguentuz pro scabie facta purgatōe. ℞. succi lapatij acuti: succi spatule fetide: succi scabiose: succi fumiterre oim aā. ℥. iiij. axungie porcine vetuste. ℥. ij. f. auripigmēti ellebori albi sulphuris viui rhuris masticis lithargiri aā. ʒ. ij. argēti viui extincti. ʒ. j. f. liquefiat axungia z misceatur cum succis predictis: deinde ponant omnia subtilissime puluerizata: z incorporētur simul: postea addatur aceti: z parum olei. Ad scabiē grossam balneuz. ℞. sulphuris aluminis aā. lib. f. fumiterre camomille aā. M. iij. aque scabiose vbi extinguat ferrum amphoram vnam: z sumatur de alia aqua quātuz sufficit

De impetigine z serpigine

Ysaac.

Ad scabiem euacuatiuuz

Ad idem vnguentum.

z balneum fiat in tina.

de lepra. ¶ Lepra ab Auicenna sic describitur. Lepra est infirmitas mala proueniens ex dispositione male complexionis in toto corpore: quare corrumpitur complexio z forma z figura ipsius z forsitan soluitur in fine continuitas ita vt scindantur membra z vlcerent: z cadant pili: z est quasi cancer communis toti corpori: aliquãdo tamen vlcerantur membra: sicut in illa que fit de phlegmate: siue de melancholia phlegmatica. Et est quedam lepra que tarde augmentatur: vt est phlegmatica vel melancholica. Alia que cito augmentatur z confirmatur: sicut cholerica z sanguinea. Est autem lepra secundum Ysaac in viatico quadrifaria vel enim est de corruptione sanguinis z vocatur allopitia: altera de cholera rubea: z dicitur leonina: alia de cholera nigra: z dicitur elephãtia: quarta de phlegmate: z dicitur tyria. De corruptione sanguinis rubet cutis z putrida est nimis: tumet sanguis: z sanies ide fluit de cholera rubea est pectus siccum fissure manuum z pedum contractio z macilentia: huius calor si augmentetur magis ꝗ siccitas: articuli separantur z cadent. Si de cholera nigra sit color erit niger: z putrescit z grossescit grauescunt sensus: scinduntur manus z pedes: contrahuntur digiti. Si de phlegmate humescit corpus: glandes nascũtur: color est albus: oculorũ fluxus. Oportet autem cuz medicari disposuerimus incipiamus a purgandis humoribus illis corruptis. Gale. diuturnum morbum medicaturi incipiant a medicanda sua materia: z a corpore expellenda. q̃ si de corruptione sit sanguinis phlebotomemus de vena mediana. Quod faciendum erit cuz materia intra vasa sit: si enim sit extra vasa phlebotomia erit cauenda: cum multum ei noceat: intelligitur extra venas esse de corruptione figure infirmi: z pustulis in facie z putredine in toto corpore: vnde dimittenda phlebotomia: z accipienda pharmacia. Nutriamus eum diera subtili non conuertibili neꝗ corruptibili. Galenus in quadam sui particula vbi de melancholia loquitur inquit. secundum q̃ expertus sum: si quis voluerit purgare hanc materiam: z mundificare corpus. inde fortissima medicina incipiat: z ita forsan ne augmentetur materia prohibetur: z si fuerit cancer: idem oportet nos facere: si medicina nostra corpori proficiat: z color melioretur morbusꝗ declinet: z infirmus confortetur: medicinam hoc facientem assuefaciamus: z cum magnis medicaminibus adiuuemus: sicut hieralogo. z apozimate de epithimo. sero cum epithimo vtatur. In intermissione: z cum non sit tempus dare catarticum: demus tyriacaz magnam factam cum pinguedine z carne tyri. Gale. nunquã inquit vidi in vita mea hominẽ hac infirmitate plenarie liberatum: nisi qui biberit vinũ in quo tyrus ceciderit: z ibi cõputruerit: hunc eũ vidi excoriari: z cute expoliari cum vinũ illud ebiberit: vñ certificaui cum testimonio vsuali quod dixerũt antiqui de carne tyri: vel de pinguedine z sui iuuamẽti magnitudine: in hac z omni dura passione. Purgato autem corpore supradicto medicamine debemus eligere tyriacam z similia corpus custodientia: putredinẽ mundificantia: precipiatur vt balneetur: sed non tamẽ aquis dulcibus. Iterum iuuat incensio z diete obseruatio: et cibi paruitas: interrogatur autez Galenus que medicina summa habeatur inquit abstinentia.

¶ Morphea mutatio interpretatur: quando color naturalis cutis mutatur in colorem non naturalem: z est corruptio sanguinis: vnde nutritur corporis cutis sine macula intercutanea carnis: cuius causa est vniuersalis defectio virtutis digestiue que cum defecerit sanguinem corrũpit: et ad cutem veniens eam nutrit: si autẽ eius qualitas sit phlegmatica: alba fit morphea: si de cholera nigra: nigra erit morphea. Est autem morphea triplex: vel eũ est liuidi coloris nascens de cholera z sanguine: vel nigra nascens de sanguine melancholico: vel alba: z est de phlegmate salso: in quibus tribus generib⁹ sanguis nõ est minuendus: sed oportet vt forti purgetur medicamine: sicut hierapigra hieralogotheodo. z similia. Vomit⁹ detur semel in mense. Abstineãt a cibis malos chimos generantibus z dure digestibilibus: sepe balneentur. Gale. morpheam medicari precepit post mundificationem corporis: vngatur autem corpus cum calce z anacardo z tapsia: aloe: lithargiro: acatia: sulphure: elleboro albo. Item Galenus apij siluestris succus valet cum lacte ficuum mixtus sulphur et dragagantum idem faciunt. sanguis leporinus valet. capparis radix valet similiter cum aceto. bibat autem de hoc antidoto. ℞. myrobala. citrino. chebulorum belli. embli. aã ʒ.xv. pulue. hierapicre. ʒ.xviij. siseleos. ʒ.xv. fumiterre. ʒ.xxx. sene. ʒ.xx. agarici turbith. ana ʒ.xxx. tapsie acori aã ʒ.viij. fac puluer. adde mell. quod sufficit dans ʒ.ij. vel. iij. Unguentum morphee valens omnis coloris. ℞. tapsie condisi rubea sinapis nigelle radicis piretri. aã ʒ.iij. coloquintide ellebori nigri capparis radicis rute aluminis staphisagrie nitri. aã ʒ.j.ß. euforbij scamonee salis armoniaci sandarace ameos. aã ℥.ij. fac puluerem tempera cum aceto vnge.

De morphea.

Morphea est triplex.

¶ Scrofule et glandule morbi sunt consimiles: tamen differunt in materia: quia glandule fiunt de materia in qua phlegma do-

De scrofulis et glãdulis

minatur. Scrofule ꝓo magis fiunt a dominio melancholie. fiunt autem huiusmodi apostemata siue passiones: frequētius in collo ⁊ sub ascellis ⁊ inguine. Scrofule semper plures reperiuntur: glādula quandoq; vna sola apparet. Glandule sunt molles: scrofule ꝓo dure ⁊ solide in modū lapidis. fm Ysaac in viatico. Scrofule sunt dura apostemata in molli carne nascentia: que sunt medicanda vnguentis emollientibus: ⁊ emollitiua sunt superponenda putride carnis corrosiua. Deide alia medicamina desiccatiua ⁊ claudentia. Dyascorides yreos cocta et cataplasmata valet: qz humectat. Similiter ficus non mature ⁊ cocte. yreos cum aristologia ⁊ dyaltea mixta ad mundificandas scrofulas valet: farina lupini cum aqua temperata. Idem facit elacterij radix pistata cum rhāno valet: capparis radix cocta ⁊ pistata valet. Nitrum ⁊ frumentum emolliunt. Confectio valens apostemati in collo ⁊ scrofulis. ℞. aristologie. ℥.j. zinziberis. ʒ.j. ℈. tempera cū aqua ⁊ desuper pone. Aliud. ℞. eruginis eris. ʒ.v. armoniaci. ʒ.iij. sarcocol. ʒ.j. ℈. fac puluerem: temperans cum melle et cum licinio impone. Item cineris vitis picis vsualis. añ. ʒ.x. olei quod sufficit fac vnguentum.

De gutta rosacea.

¶ Gutta rosacea fit de sanguine vel cholera adusta vel melancholia innaturali. Hec autem materia semper est grossa ⁊ dura ⁊ sicca. vnde remollitiuis indiget ⁊ dissolutiuis vel digestiuis postea debet sequi euacuatio materie peccantis conuenienter preceden te tamen phlebotomia vel ventosa sub mento si videris expedire: deinde sequātur localia aliquātulū calida: quia frigida nō dissoluunt. Fiant ergo trocisci tales. ℞. boracis. ʒ.iij. farine cicerū rub. ʒ.ij. farine fabarū. ℥.j. cāphore. ʒ.j. Hec omnia trita cum succo cepe distemperentur: et cum melle rub. dispumato trocisci informentur et desiccentur in vmbra: cum opus fuerit cum eodem succo distemperentur: vel cum melle: et inde facies vngatur. Deinde modo predicto abluatur. Ysaac in viatico dicit. Si in facie pustule nascuntur dure sicce atq; parue: alumen gummi lentes puluerizentur: et inde facies lauetur. Similiter gummi arabicū et nitrū cum aceto tempera faciem de re omni mundificat. Aliud fm eundem. ℞. cathimie argētee exagium. j. chimolee boli terre armenice. añ. ʒ.j. sandarace. ʒ.ij. tempera cum aqua rosa. et lini faciem. chimolea idest terra sub mola fabri: vel terre hyspanie quam aliqui appellant cretam: sandarace idest auripigmenti rubei. Unguentum per me pluries expertum in pustulis faciei. ℞. sulphuris viui. ℥.j. camphore. ʒ.iij. axungie porci. ℥.ij. misceantur et fiat vnguentum liniatur facies dum vadit dormitum et in mane lauet faciem cum

aqua rosarum.

¶ Contra vestigia siue sint rubea: citrina liuida vel nigra. ℞. farinarum cicerum fabarū. añ. ʒ.j. amili. ʒ.ij. medulle seminis melonū. ʒ.j. dragaganti gummi arabici. añ. ℥.j. albuminis oui conquassati. ʒ.j. cere rubee lote pluries cum aqua pluuiali. ʒ.j. decoctōis vltime carnium abstractarū quod sufficit pro linimento misce: ⁊ fiat linimentum. hoc linimento vngatur locus vestigiorum in nocte: in die vero lauetur cum ista decoctione. ℞. medulle melonis contuse grosso modo. ℥.ℨ. vio. ℥.ij. misce et decoquant. Item. ℞. amili. ʒ.iij. dragaganti. ℥.j. ceruse lote vtsupra. ʒ.j. ℈. lactis cuiuslibet: sed melius asine quod sufficit pro linimento: cum his similiter liniatur locus vtsupra. Si vero locus est tumefactus retineatur aliquibus noctibus lamina plumbi subtilis ligata compressa super dicto loco: prius tamen alternatim ad libitum. Mollitiuum consumpti. et aliqualiter dealbati. ℞. muscilaginum seminis altee lini. añ. ʒ.j. ℈. fenugreci: seminis communiū maiorum frigidoruū. ʒ.iij. sarcocol. ceruse lote pluries cum aqua angurie batece. ʒ.j. pinguedinis galline. ʒ.iij. olei liliorum alborum. ʒ.j. cere albe quod sufficit pro vnguento molli: misce et fiat vnguentum: hoc vnguento vngatur: vtsupra.

Ad vestigia de lē da.

¶ Aliquando (vt vult Rasis) exeunt in corpore vesice: inter quas est aqua subtilis similis eis que accidunt ex adustione ignis: ⁊ eius cura est phlebotomia si corpus est plenum: et detur egro assiduе aqua prunorum: et aqua granatorum acetosorū et tartri. ⁊ oia que extinguunt sanguinem: et rumpāt vesice: et curat ex eis totum quod est in eis: et liniatur cum ceruſa plumbi lithargiro: mirto cum aqua rosarum: et aqua mirti humide.

De deformitate vesice.

¶ Exeūt in corpore bothor parue: vna aut plures numero: ⁊ apostematur locus apostemate paruo: ⁊ quandoq; scinditur: et incipit vulnerari: et vadit de loco ad locum. Cuius cura est cū eis que educunt choleram: ⁊ linire ipsam cum luto armeno dissoluto cum aceto: aut cum epithimate herisipile cum aceto.

De ignepersico.

¶ Herpes estiomenus cum accidit ab vlcere malo: aut bothor nigra: aut vtridi: aut ea que habet colorem pauonis incipiens ambulare et dilatari velociter: tunc oportet vt festinetur ad cauterizandum ipsum: aut proiciatur super ipsum medicamen acutum et liniatur in circuitu eius cum luto ⁊ aceto. Cum ergo dentigratur et mollescit nigredo: tūc ponatur super ipsum sulphur contritum confectum cum butyro vna vice post aliam donec cadat caro corrosa mala tota: deinde abluatur cum aceto et aqua et cu-

De herpete estiomeno fm ra sim.

retur cum medicamine generatiuo carnis: et non sit negligentia in ipso: qz occupabit ex corpore locum plurimum.

De adustione ignis fm eundem. Rasim.

¶ Adustioni ignis confert vnguentū de calce: ⁊ vnguentū ceruse: ⁊ magis vltimū: quod expertus est Rasis ad hoc: est vnguentū album: et cum est res magna ⁊ plurima indiget phlebotomia ex latere diuerso: aut opposito. deinde curetur cum vnguēto albo: volo q̄ intelligatur per vnguentū album: illud quod est factū de ceruſa ⁊ oleo rosato ⁊ cera ⁊ non de pluribus.

De panaritijs fm eundē in diuisionibus.

¶ In panaritijs confert vt igniatur oleum ne aduratur taliter et imprimatur in ipso. Si ergo sedatur pulsatio: ⁊ sanatur: tunc illud sufficit: et si non: tunc ponatur super ipsum quod sanies faciat collectionem. Cum ergo colligitur sanies ⁊ maturatur: perforetur foramine paruo ⁊ exprimatur. deinde curetur illud: vt non capiat radicem vnguis totius: et curetur cum medicamine generatiuo carnis: et quandoq̄ confert ei in principio vt liniat cum erugine ferri ⁊ aceto: et ponatur in niue vsq̄quo obstupescat.

Ad alopetiam.

¶ Ad alopetiam. ℞. spume maris. ʒ. r. baurach sulphuris gumme rute agrestis euforbij. añ. ℥. ij. stafisagrie ⁊ cantaridū. añ. ʒ. j. terantur omnia: deinde fricetur caput cum cepe donec rubeat: ⁊ qñ mordicat inungatur cum adipe vsi: et liniat cum oleo antiquo: ⁊ liniatur cum hoc medicamine duabus vicib⁹ aut tribus cum vino veteri post fricationem cum cepe donec rubeat: ⁊ qñ mordicat inungatur cum adipe vsi: deinde iteretur.

Ad sahafati.

¶ Ad sahafati recentem et in corporib⁹ teneris epithima. ℞. alcanne: aristolo. lithargi. corticis grana. añ. terantur ⁊ cribrentur ⁊ liniantur cum aceto vini ⁊ oleo rosato. Confectio autem epithimatis ad sahafati antiquam. ℞. salis ⁊ atramenti adusti sulphuris argenti viui galle lithargiri aristologie. añ. teratur totū ⁊ administretur sicut primum.

Medicina ad clarificandū faciem.

¶ Ad clarificandā faciem medicine. ℞. amygdalarū dulciū tragaganti farine ciceris ⁊ fabarū ⁊ conficiant cum aqua ordei et liniatur in nocte: ⁊ abluatur in mane cum aqua furfuris. Medicina alia clarificans faciem et rubificans eam experta. ℞. croci rubee: thuris myrrhe masticis. añ. aggregent cum aqua bulbi ⁊ liniant ⁊ fiant collyria ⁊ liniantur cum aqua et dimittatur tribus horis: deinde lauentur cum aqua calida et multū vtatur in mane cicerū et aqua ciceris etiam: et sumant pondus. ʒ. ij. pulueris ysopi ⁊ tertia ʒ. j. de croco aliquot diebus. Confectio rubificans faciem. ℞. sinapis albe arsenici rubei conterant simul cum lacte ⁊ liniatur facies cum eis. vij. diebus: ⁊ vocatur Güera. Rasis.

Medicine ad botium gule.

¶ Ad botium gule puluis. ℞. piperis longi zinziberis nucis muscate gariofilorū aristologie piretri. añ. ʒ. ij. piperis nigri cinamomi aluminis salis gemme spongie cōbuste. añ. ʒ. ß. zuccari albi. ℥. ij. fiat puluis ⁊ deglutiatur paulatim detentus in ore. Ad idē. ℞. spongie marine galle marine aduste. añ. ℥ ß. ossū sipie piretri zinziberis melegete cubebarū cinamomi galāge salis gemme pumicis. añ. ʒ. ij. limature acuum cōmercij combusti. añ. ʒ. j. gallarum cipressi nūero. j. cocle marine. ʒ. ß. seminis sparagi brusci. añ. ʒ. j. mellis lib. j. vini boni ⁊ clari lib. j. fiat loch. Ad idem. ℞. spongiā nouā ⁊ incide in frusta ⁊ assetur in testa terrea noua multū calefacta: et sic assata pistetur et puluerizetur: et isto puluere vtatur in ferculis per multum tempus.

Ad rubedinē faciei.

¶ Ad rubedinē faciei ex sanguine melancholico grosso. ℞. succi lupuli depurati aque endiuie aque buglosse. añ. lib. ß. follicul. scene. ℥. ij. polipodij quercini. ℥. j. ß. sandali albi ⁊ rubei. añ. ʒ. ij. spodij. ʒ. j. ponātur in infusione per diem et noctem ⁊ buliāt leni ebullitione. deinde coletur: ⁊ cū zuccaro. ℥. viij. fiat iulep. vtatur bis autem in hebdomada fm q̄ videbitur sufficere ad laxandum.

Medicine ad tineam.

¶ Ad tineā capitis cum vlceribus capitalibus. ℞. succi cerfolij succi blitis succi chelidonie. añ. lib. ß. mellis. lib. j. lardonis porci. ℥. iij. saponis. ℥. ij. bulliant omnia simul: ⁊ cōmisceātur ad ignem: et ex eo lauetur caput frequenter pluribus diebus: ⁊ post hoc lauet sibi caput ex hoc. ℞. mellis lib. j. lixiuij boni. lib. j. ß. bulliant simul ⁊ capite loto aspergat super ipsum puluis thuris adusti. Emplastrum ad tineā. ℞. succi chelidonie lardonis. añ. partes equales ⁊ sit lardo liquefactus: deinde mittatur tantūdem de oleo terreo qui condensetur ad modū vnius emplastri: et ponat in die bis super capite raso: ⁊ de tertio in tertium emolliatur caput in ratione cum succo chelidonie ⁊ continuetur emplastrū vsq̄ ad finē curе: et signum liberationis est quādo crustе sunt albe siue loca earū et signum optimū est rubedo. Ad idem. gallarū non perforatarū. ʒ. j. vrine pueri aceti. añ. vnum cyathū coquatur donec inspissetur. Ad idem. seminis bombacis. ℥. j. aque rosarum aceti. añ. ʒ. j. ß. misceantur simul et lauetur caput.

¶ Finitur tractatus de egritudinibus cutis. v. lib. aggregatoris per modum supplementi additus.

¶ Simphoriani champerij Lugdunensis De generibus febrium ⁊ noibus veris ex traditione grecorũ: latinorũ: penorũ: arabum: ⁊ nouitiorum auctorum.

¶ Diffinitio febris. Caput primum.

¶ Ex traditione grecorum et latinorum.

Febris est calor cõtra naturã cordis et arteriarum vitalem firmitudinẽ offendens: planeq; deijciens: sublata e ꝓfundo ⁊ acuta: et vellicans tactui incidẽs precipue in thoraca ⁊ vbi arterie explicate sunt magne. Ad hmõi vero caliditatẽ inequalitas quedam ⁊ ordinis immutatio specie ipsa febris pulsib⁹ aduenit. Empedocles et zenon: necnõ plerique hippocratei febrez ita diffiniuerũt. Febris est cõtra naturã caliditas a corde sumẽs initium: ex eoq; ꝓcedẽs ꝑ arterias et venas in totum corpus et naturales sensus offendit actiones. Febris a seruore dicta est: sicut pyrettus greca dictione ab incendio. Hinc ley pyretos medicamen finiens febres. Aristoteles in ꝓbleumatibus. Totius inquit corporis excedẽs caliditas ẽ febris. Alij a morbi feritate deducũt. Tria itaq; sunt febriũ genera. quotidianarũ vnũ humidoꝝ tabidorum alterum. tertiuz hecticarum. Primum itaq; quotidianarum tractemus. Fiunt ergo hmõi febres citra humorum tabez solo conflãte spiritu: et ob hoc quotidiane vocitãtur. Suum aũt et inseparabile signum quotidianarũ febrium est per vrinas concoctio in prima die: et caloris specie. Post quietez vero paroxismi certiorẽ firmiorẽq; cognitionẽ habebis: nam arteriarum motus omnifariam sanis assimilatur: quod in nulla alia febre inuenias. Languẽtis autem affluẽtia ipsa quoq; signum maximum erit liberationis: ⁊ vrine multo meliores post paroxismũ: qui a prĩcipio febris fuit apparebũt: ac si lotis ipsis: neq; horror aliquis insuetus fuerit: neq; quepiam alia molestia: ⁊ si post ablutionem: inde affluentia maneat cõfidens: suggerito eis cibum: prebeasq; potãdum intrepide vinum quãtum ipsorum poscere natura videatur. Facile autem his febribus capi possunt: quibus meatus corpis non euaporosi: sed acutum quiddam et fumosum habent: ⁊ ꝑinde si vnq̃ cohibuerint aggregatum ex ipsis calorem cõflagratio efficit. Precipue horũ sunt cause: labores: frigora: vigilie: cure: merores aĩ irritatiões in irã: rhigor: estus incõcoctio ⁊ cutis dẽsitas vt difficillime possit erũpere spũs. At qm̃ ĩ diffinitiõe febris dictũ

Quid febris.

Empedoclis et zenonis diffinitio.

De ephemeris febrib⁹ q̃s latini quotidianas vocant.

Nouicij ṽo ephimeras.

Quid na est caliditatē ipsam esse contra naturam: par erit primo quid sit
turalisca naturalis aperire: quidq̃ cōtra naturam caliditas: genere nāq̃
liditas ex manifesto: fortassis etiam cuius sit genus non ignorabitur. Na-
alexādro turalis itaq̃ est caliditas: talis inquam est et insitus calor: cuius
aphrodi- natura est aialis principium: cum aiali nāq̃ nascitur: et ob hoc di
seo. citur naturalis: instrumentum existens in totum animalis poten
tie. Neq̃ enī possibile est animā citra hmōi calorem in aliqd̄ agē-
di munus descendere. Omne nēpe instrumētum ꝓportionale cū
eo cuius instrumētum esse necesse est. Id mirum fuerit si sec⁹ fru-
stra instrumentum atq̃ ita in auribus per se aliquid frustra con-
iectum fuerit. Oportet ergo et insitam caliditatem anime esse in
strumentum: ac indissolubilem simplicēq̃ habet cōplexionē. Ce-
terum sublata in anime potētias: et in earū opera etiam illis erit
ꝓportionalis. et perinde re mixta frigido et humido et arido et
temperata et moderata iureq̃ ob id fuerit appellata naturalis ⁊
insita complexio: sed magis ob ea naturalis et insita complexio
dicta fuerit caliditas. Hec ipsa ob id in rationum cōplexione ca-
liditas ceteras superat: exceditq̃ qualitates. Animalia nāq̃ cali
da perhibentur ob eam que in ipsis excedit caliditatez: reliquas
vincentem qualitates: hoc nimirum ob eam que in ipsis excedēs
est caliditatem: reliquas superātem qualitates: idq̃ qd̄ omnium
aliarum qualitatum caliditas sit efficacissima: nulla siquidem ei
vicina ipsam qualitas committāt vt eaipsa alias: hec igitur natu
ralis atq̃ insita caliditas. Que contra naturam est: ea ex aliqua
Caliditas con- extrinseca causa q̄ fit neq̃ familiaris nature: neq̃ ab ipsa capiēs
tra natu- principium corpori adueniens nō ꝓportionale existens instrumē
turam si- tum naturalium potestatum: neq̃ custodiens ad congrua opera
ue febri- rationem hec acquisiticia: et aliena est: que porro sua distemperā
lis fit a cā tia mentiq̃ conseruās ad potentias et opera ꝓportionem: eius-
modi etiā diceretur: contra naturā complexio ad maiorem calo-
extrinse- rem declinātem iuxta eaz rōnem qua insita cognataq̃ caliditas.
ca. Nos autem ne pretereat q̄ quēadmodum insitā: ita ⁊ aduenticiā
Quare dicimus caliditatem: nec tamen vt aduenticiam asciticiamq̃: ita
non dicit et cognata dicimus frigiditatem: cuius omnino causa non sim-
frigiditas pliciter: ac per se frigiditas nature opus induit sicut et caliditas
natural extrarium enim et corruptorium aiatorium et in primis aialium
sicut cali frigiditas atq̃ incōmobilitatis potius q̄ motus causa: nā q̄uis
ditas na- naturā comitari quodāmodo videatur: nō vtiq̃ per se: sed per ac
turalis. cidens. Ex eis igitur que dicta sunt: non dubium quin naturalis
et insita caliditas ab ea que contra naturā differat: primo quidē
causis: de in bona tēperie: ac mala tēperie ac omnino vt extremū

medio. Nam quēdmodum virtus ad vitium: hinc quoq̃ cōsequē
ter spice ac forma tanq̃ sanum ab egroto corpore differt. Nempe
ambo circa idem subiectum veluti contrariis esse consueuit siue
flatus siue humor siue aliqua portio fuerit in qua inter seinuicē
faciunt et patiuntur sicut virtus vitiūq̃: huiusmodi itaq̃ natura
lis et contra naturam caliditas talibus inter seinuicem differen
tiis differunt.

¶ Ex traditione penorum et arabum.

Ysaac fi- lius salo- monis in libro fe- brium.

Febris est calor preter naturam in initio petens cor
per mediocritatē arteriarū: deide subito se diuidēs
cum naturali calore per totum corpus naturali no-
cet actioni. Extraneo enim calore ad cor accedente
naturalis egreditur a suo temperamento. Cūq̃ ipe
per totius corporis membra diuiditur vt eis vitam
tribuat: qr egressus est a suo temperamento: necesse est vt eū mē-
bra recipiāt in ea qualitate in qua est: vnde calefacit et vrit ea ge
neratq̃ toti corpori febrem actioni naturali subito nocentē. Pa-
lam ergo est q̄ febris nihil aliud est: nisi calor extra naturā pt⁹
naturali nocēs actioni. Sed cū absolute dicim⁹ calorē: intelligi-
tur tam de calore febrili q̄ naturali q̄ etiam de extraneo sicut so
lis ignis et balneorum ⁊ his similibus. Alij aūt diffinitūt febrem
ita. Febris est calor extraneus accensus in corde et pcedēs ab eo
mediātibus spiritu ⁊ sanguine per arterias ⁊ venas in totum cor
pus: et inflāmatur in eo inflāmatione que nocet operationib⁹ na
turalibus: nō sicut caliditas ire et laboris cū nō vltimatur: ⁊ im
pedit operationē ita vt retineatur. Et est duplex. Una est febris
egritudinalis. Alia febris accidens. Egritudinalis febris est illa
inter quā et causam: que nō est egritudo: nō est mediū sicut febris
putridinis. putredo enim est causa eius absq̃ medio: et nō est pu
tredo in seipsa egritudo: immo est cā egritudinis. Febris vero ac-
cidens est febris apostematis existēs dū est sequēs ipsum apostē-
ma: et apostema est egritudo in seipso. Cūq̃ dicim⁹ calorē extra
naturā diuersum dicim⁹ esse eū a naturali calore: qr calor natura
lis semp est ab aialib⁹ inseparabilis ⁊ calor febris est extrane⁹ ⁊ ab
eis separabilis. Ergo cū diuidit p totum corpus: licet naturali no
ceat actioni: differt tamē a naturali ⁊ ab aliis caloribⁿ. sicut a ca
lore solis: balnei ⁊ his siūlib⁹. Hoc enī calor q̄uis sit extra naturā
insimul tñ interiora et exteriora nō calefacit: nec actioni nocet na
turali: ⁊ q̄q̄ ei noceat: tñ lesio nō est primitiua: qr primū muta-
tur ad febrem: deinde febris nocet actioni. Illud ergo nocumen
tum est propter febrem: ⁊ non propter solis calorem Cum natura

Diffinitio fe. fm aui cennam.

lem dicimus actionem: intelligenda sunt cibi appetitio: somnus
& vigilia: ambulatio et alia his similia. Hec enim omnia deficiũt
et mutãtur propter febrem. Ideoq; febris ceteris morbis est mo-
lestior: eiusq; disputatio dignior: quia omnes morbi preter febrem
vni tãtum membro euenium: et permanent aliquo temporis inter
uallo: nec subito actioni nocent naturali: sicut sciatica hydropi-
sis phtysis & his similia. Namvnaquaq; harum egritudinum vni
corporis membro accidit: et non omnibus. Febris autem ecõuer
so est: quoniam per eam corpus intus et extra patitur. Nocet etiã
spiritibus & virtutibus animatis actionibusq; naturalibus. Et li
cet dicamus actionibus naturalibus esse nocitiuã: non tamẽ eas
destruit. Actio enim naturalis nũq; destruitur: nisi cum fit sepa-
De febre ephimera tio anime et corporis. ¶ Oportet nos ergo dicere singillatim de
vnaquaq; febre. Inciplendũ igitur est ab ephimera: que fit in spi-
ritu: sed erit eius disputatio breuis quia eius significatio et cura
ad aliarum febriũ comparationem facillima est & planissima. Ca
ret enim materia. spiritus enim non habet materiam: per quam
Auicen. calor permaneat. ¶ Auicenna. Homines velocius cadentes in
sen prima febres ephimeras sunt calidi & sicci: deinde calidi et humidi: dein
quarti ca de calidi tãtum: deinde sicci tantum. Cause enim omnium specie
nonis. rum febrium ephimerarũ sunt cause primitiue calefacientes essen
tialiter aut per accidens. Et de eis sunt ex oppilationibus facte
in qua causa non est primitiua. Cause enim primitiue plerũq; mo
uent antecedentes. Et iste quidem febres plerũq; recedunt in die
vno: et raro pertranseunt tertium diem: nam si pertranseunt esti-
matur de esse earum q̃ ipse permutantur. Et hec quidem febris
est facilis curationis: & difficilis cognitionis: & similiter princi-
pium ethice & est eius inflammatio non mordicatiua aspera: im-
mo bona: sicut caliditas laborantis & ebrij. Et cum est in prima
die vrina digesta et pulsus bonus: tunc iudica q̃ est febris ephi-
mera. Et non festinat in ea pulsus plus q̃ naturalis: nisi raro et
velocitate pauca. Plurimum eradicationis eius est per sudorem
similem sudori naturali et non humoroso in quantitate simili na-
turali. Euacuatione autem non indiget aliquis eorum: nisi ha-
bens oppilationem repletionem et nauseatiuam, satietatem: et
habens ephimeram ex soliditate cuius corpus est repletum. Et
in febribus ephimeris sunt que omnino comparantur ad dispo-
sitiones animales: et de eis sunt que comparantur ad dispoſi-
tiones corporeas: & de eis sunt que comparãtur ad res que eue
niunt de foris. Exemplum primi: vt ille que fit ex angustia: tri-
stitia: estimatione: cogitatione: ira: vigiliis: somno: tranquilli-

tate: timore: & gaudio. Exẽplum secundi de eis que sunt actiones
& motus. & est illa que fit ex labore: tranquilitate: euacuatiõe: do
lore: syncopi: fame: siti. Et de eis que non sunt actiones & motus:
sunt illa que fit ex oppilatione nauseatiua satietate: apostemate:
soliditate. Exemplum tertij: scz de eis que aduen ũt deforis sunt
sicut illa que fit ex adustiõe: frigore: soliditate: ablutõe & silibus.

¶ Ex traditione recentium auctorum.

Humana corpora tribus sunt modis composita: mem-
bris videlicet solidis: spiritu: & humoribus. Cũq; sint
ex tribus composita necesse est vt genus eius febris tri
plex sit. Unum in solidis membris: sicut carne: pingue-
dine: venis: neruis: cartilagine: & his silibus. Aliud in
humoribus quẽadmodũ in sanguine: phlegmate & vtraq; chole-
ra. Tertiũ in spiritibus. s. in vitali qui est fundamentuz caloris na
turalis: & in spũali: q̃ est fundamentũ sensus & motus voluntarij: &
in naturali: q̃ est fundamentuz ãtruor naturaliũ ꝓtutũ. s. appetiti
ue. retentiue: digestiue: & expulsiue. Unumq̃q; corpis mẽbriũ has
quattuor hz: sed tñ stomachus & epar fortius has habẽt ꝓtutes.
Nã sunt eis familiares plus q̃ ceteris mẽbris. Qz hz cum eis ope
rent pp nutrienda semetipsa. Nam tñ faciunt opationem pp oia
corpis mẽbra. Quapropter quidã antiqui naturã stulto & iniusto
regi assimilauerunt dicentes. Quedam enim membra facere de-
lectari alia mẽbra: & quedam laborantia cã iuuãdi alia. Ipsi etiaz
arbitrati sunt stomachum & epar duas & diuersas hr̃e actiones.
Quaꝝ vna sit ppria ad eoꝝ nutrimentũ. Alia sit cõis oibus cor-
poris mẽbris. Fecerunt ẽt augmẽtũ de haꝝ actionũ diuersitate &
de remotiõe eaꝝ non in vno tpe venientiũ. Dicũt enim stomachũ in
initio vlem facere actionẽ: & cibũ murare in chimũ quasi ptisanã.
Deide suã particulariter opans actionẽ: cũ ꝓprietate q̃ hz: & di
gerẽs cibũ: & conuertit eum ad nutriendũ suã essentiaz. hac de cã
autumãt eũ duas hr̃e actões ꝓpriã vz & cõem. Quoꝝ intentio sic
est destruẽda: qz argumentũ eoꝝ duobus modis est coruptum.
Uno si enim duas ꝓtutes digestiuas ꝓpriã vez & cõez: put asserũt:
stomachus hz: necesse est vt sint remote ac diuerse. Unaz. s. in vno
opans tpe: & alterã in alio: aut sint cõmixte: vt vtreq; in vna hora
suas faciãt actiones. q̃ si vnius actio ab alterius differret opera
tione: & tñ vtraq; in vno fuerit loco: atq; vno membro: impossibile
est non mutari cibum fm illius membri naturã. Conuertitur enim
& assimilatur essentie illius membri. Quemadmodum videmus
cibum oibus corpis mẽbris assimilari. Naturalis enim actio nihil
aliud in oibus membris vt operari: nisi conuertere ad eorũ esseꝝ

tiam illud qd̄ eis fuerit simile. Stomacus ergo qm̄ est vnum mē
brum vnam virtutem necesse est hz digestiuam. q ille due virtutes
ppria videlz t cōis duo stomachi loca habuerint: necesse est vt il
le stomachi partes cibum p totū corpus digerentes permaneāt
absq nutrimento: ppria enim indigent virtute: qua cibus digeri
possit t imutari ad eorū similitudinē: qm̄ oia membra ppriaz ha
bent virtutem: p q̄ cibus conuertat ad eorū essentiam: vnde nutriū
tur: regunt t augmentant. Rursus si fuerimus interrogati vtruz
virtus digestiua vnius sit nature: calide videlicet t humide: an di
uerse: vt in quibusdam mēbris calide t sicce sit cōplexionis: t qui
busdā frigide t sicce: alijs frigide t humide. Respōdebimus vir
tus digestiua in oi corporis membro calide t humide est nature:
sed tamen ab vnoquoq membro quandam sumit ppietatez: per
quam cibum mutat ad eorum simile. Quia si aliter esset: oia cor
poris membra fuissent equalia in forma t substantia: ossa scz eēnt
caro: t caro ossa t sic cetera. Iterū si dixerint qūo sensualiter ac
tionem stomachi videmus diuersam esse: cū sit vna. Nam mō con
spicimus cibum in stomacho in ptisanuz mutari: t postea videm'
eum conuerti in essentiam stomachi. Rndet sic. Quāq̄ actio vir
tutis digestiue in stomacho videat esse diuersa: vna tn t eadez est
qm̄ digestio cibum in stomacho mutās in ptisanuz quedā est pre
paratio cibuz postea cōmutans ad stomachi simile: deinde finita
digestione: quādam accipit partem que est ei similis t nutritur ex
ea. Ceterum aūt qd̄ ex cibo restat desinit abire: q̄ est sibi contra
rium t superfluum: qd̄ ideo dimittit vt alia nutriat membra: sed
qm̄ stomachuz aggrauat: nequit ab eo teneri. Unde. B. Causa in
quā nutrimenti quinq modis. prima est causa. secunde. secunda
tertie. sic t alie. Prima enim est inanitio humiditatis membroz: t
dissolutio eius que fit per corporis poros. Secunda est naturale
desiderium in omnibus membris consistens: q cogit membra vt
appetant cibum. Tertia est conculcatio substantie stomachi ac in
testinorū pp meseraicas eam sugentes. Quarta est sensualitas ci
bi inanitionē sentiens. Quinta est quedam virtus appetitum fa
ciens: que fit pp choleram nigram a splene ad os stomachi ascen
dentem: q̄ ipsa os stomachi mordicante fit appetitus. q si dixe
rint cur non dixistis q cū appetitus sit inanitio t paupertas cibi
in stomacho existens: quemadmodum diceratis sensum membro
rum inanitionem cibi sentientem esse causam euacuandi venas
t venarum euacuationem esse causam premendi stomachum. Fa
mes similiter quare non est causa stomachum constringens. Re
spondendum est. Si appetitus sit in stomacho propter venarum

t mēbroz euacuationem: necesse est eius actio non sit naturaliter
sed materialiter: q̄ cum actio eius fiat propter aliud t desideret
aliquid longe ab eo remotū: necesse est sit cuz rōne. Quam rem si
possibile est fieri in vna qualitate: necesse est fiat in oibus. Opor
tet ergo vt ignis nō ardeat: nisi cum volumus aliq̄d vrere. Cuius
questionis falsitas palam patet intellectui. Hoc testat hippocra
tes: cum dicit. Omne inquit digestionis cōplemētum fit cū attra
ctōe rei attrahende t eius mutatione eiusdem. t causa oīs attra
ctionis est desiderīū. oīs ēt desiderij cā est paupertas t eius rei in
digentia q̄ desiderat. Cuius sermonis intentio talis est. Virtus
digestiua nō digerit nisi prius operet virtus appetitiua: q̄ appe
titiua semp est ante digestiuā. Similiter appetitiua nihil opat: nisi
prius sit inanitio cibi. Appetitio ergo cibi inanitio t sensibilitas
non sunt in stomacho nisi vt nutriant se. Nunc ad febrē vñ digressi
sumus veniendū est. Febris fit pp aliqd̄ accidēs humores t spiz
calefaciēs: t eos exire faciēs tēperamentū: q̄ trib' modis fit. Est
enim cā generās febrē: est t alia custodiens eā: est t cā qua febris
auget t augmētat. Causa vero febris generatiua: est fortis t ni
mia corporis t aīe rō: t putredo atq humoz ebullitio. Causa au
tem qua febris custodit vt nō dissoluat: corpis est oppilatio: t po
rorū constipatio p quos fumus claudit in corpoz interioribus.
Causa vero eam augmentans: calida sunt cibaria: t calida medi
cina. Febris cā generaliter est triplex: scilicet generatiua: custodi
tiua: t augmentatiua. Sed generatiua duobus modis fit: aut est
presens: aut preterita. presens sicut causa extrinsecus corpus per
cutiēs: que tripliciter diuiditur. Una nimius est feruor sicut solis
t ignis. Secunda est nimia frigiditas sicut nix t similia. Tertia
putridus t horribilis t corruptibilis odor: sicut cadaueris besti a
rum reptilium t his similibus. Preterita quemadmodum egritu
do que fit ppter angustiam t tristitiam: t humorum copiam ad
putredinem preparatoruz: sicut diximus de actione nature: q̄ na
tura non inueniens cibum oino laudabilē: t humano corpori simi
lem: illam cibi partem que corpori est inconueniens ac dissimilis:
separat a simili congrua. t claudit eam in q̄busdā locis corporis.
Pars vero que est mundificata t corpori vtilis: nutrit totum cor
pus. Superfluitate cibi augmētata: ac in loco quo clausa fuerat
multiplicata egredit foras implēs locū cū sua multitudine: que
a natura dimittit nec ab ea regit. Q̄ cu fuerat in loco quo natu
ra eā posuerit: rexit t custodiuit eaz: egressa vero inde: odio tenet
nature: nec ab ea regit sed permanet in aliqua mēbroz cōcauita
te: vnde cū aliqd̄ euenit accidens sicut mutatio temporum: vel re

gionis: aut loci: vel aeris ⁊ his similiuz: illa superfluitas mutat: ⁊ putrefiēs morbos generat. Et q̃ in hoc loco nostre disputationis est finis: ⁊ nostram absolute compleuimus disputationē: iopz nos ergo de vnaquacz febre aliq̃d dicere. Incipiendū est ergo ab ephimera que fit in spū: sed de ipsa pauca: q̃ eius disputatio ⁊ significatio ad aliarū febriū cōparationem: facillima est. ⁊ eius curatio leuissima. Ipsa tñ est qñcz cā aliarum febriū: ⁊ nulla alia est cā ipsius vt plurimū tñ nō transit vnū diē: ⁊ raro ad quartum diē accedit. possibile tñ est vt cā ephimere in corpe diu manentis: vratur sanguis ⁊ febris nascat continua: ⁊ aliqñ mutat ēt in causon. Causa eius fit multis modis: de q̃bus dictum est paulo ante. Hz tñ tres significationes q̃bus a febribus putredinum differt. Una q̃ calor ephimere est lenis ⁊ suauis: que cum ad statū venerit: nullam facit angustiam aut laborem nature. Caret enim materia in qua natura laboraret ad digerendum ⁊ expellendum. Secunda q̃ vrina habentiū ephimeram. est quasi sanoruz: in colore liquore hypostasi: que lz inter se differant: modica tñ erit discordia eoruz in colore ⁊ rubore. Tertia: q̃ pulsus ephimere nō differt a sanorū pulsu: nisi in dilationibus velocitate ⁊ constrictionis tarditate. Tarditas enim constrictōis pulsus significat materiam in corpe partem arteriarū constringentem: vt illa exterius expellat. velocitas vero pulsus acutam ⁊ calidam innuit qualitatem: vnde necesse est vt natura organoꝝ partem velociter dilatet: vt multam aeris cōtitatem attrahat: p q̃ illius qualitatis acumen refrigeretur. Ephimera eñ febris: q̃ fit ex sola qualitate idest calore sine materia: nō est sibi necesse vt constringat velociter partez organorum: q̃ non hz qd̃ expellat: pinde fit motus pulsus in dilatōe ad attrahendam aeris subtilitatem: qua calor refrigerat plus ⁊ velocius: cū pulsus constrictione.

De febribus tabidis: quas recentiores putridas vocant. Caput. ij.

Ex traditione grecorum ⁊ latinorum.

De continuis febribus ex phlumeno.

Tabes mutatio est in corruptionez presentis essentie tabidi corporis a contra natura calore pducta. Causa vero cōtinuarum febriuz est q̃ humores extra vasa non excidant: aut copia: aut crassitudo: aut ipoꝝtenacitas. Quēadmodum igitur aliqua inanimata corpora cōtabescunt antecz eijciamus ab ipsis cōtū iam ꝓtabuit inde reliquū diu custodim? in aere frigido status re-

frigerantes meditati: eodē modo medebimur tabi in hūanis corporibus q̃d̃ iam corruptū est exinanīēdo quoquo modo. Reliquū vero gestationibus mediocribus ⁊ diffrationibus refrigerantib? in integrā ⁊ naturalē mediocritatem reducendo curamus. Quare primum trademus de febribus neuticz deficientibus: inde ex ordine reliquas prosequemur. Cōtinue febres eiusdez sunt cuius etiam deficientes generis. Eiusdem equidez voco tertiane quidē integre. integrum causum: amphemerino aūt quotidianum paroxismum nō cessantem in nō feruidū estum. Nam cum sincerus causus cunctas alias custodiens integre tertiane deprehensiōes. Solum vero necz in rigores se imittit necz ad non feruidum estuz cessat, ab illa distat: que quotidie paroxismum exuscitat. Similiter cuncte habent deprehensiones: ac integre amphemerine. Quod vero in non feruidum estū cessat: eiusdem cuz eis est generis. Hac autem rōne: que ex quarte febris est exuscitata ad non feruidum vero estuz neuticz cessans eiusdē generis est cum quartana. Certum aūt est rigorem paroxismos nō anteire: necz sudorez consecq: sicut ne quidē causum in singulis paroxismis. In causo nācz rigore aduentante soluitur egritudo. Differt autem Causus ab intabe synocho: q̃ ille in putrido sanguine consistit: ⁊ a principio ad solutionis vscz finem vnuz habent paroxismū. Causus vero in flaua bile tabidus cōflagrat: ⁊ tertio exuscitatus habet estus in minutionem quandam: ⁊ veluti remissionem: at synochus consimilis sibi est quo ad resoluatur. Est igitur in flaua bile tabida succensa continua febris estuosissima: que necz medicis: necz languētibus seriem tenens. In his namcz lingua arida ⁊ nigra: a primordio: vellicatio ventris ingens: ⁊ sitis intolerabilis: atcz vigilia: ⁊ quandocz delirium. Primum igitur ipsi consolando ⁊ suadendo oportet inherere. Cum vero ad vrine peruentum fuerit signa ⁊ cōcoctionis: ⁊ pubescit egritudo: tum demum est contentiose instandum: ⁊ ad frigide aque potum perueniendum est: nisi ex eis que dicta a Galeno sunt: aliqua prohibeant: quominus aqua frigida prebeatur. Prima causo ardentium sunt auxilia: declinatio ex locis refrigerantib? bene spirantibus aere puro respirantibus: stratumcz molle: ⁊ densum recenter instructum: circunductiones continue permutate ⁊ satis tenues ⁊ non sordide latitudinem largaz habentes: vt alias atcz alias primitus calefactis membra trāsducantur: flabello continue dimoueat aer: sed epithimata ipsis conueniunt in pectore: stomachocz imposita: diffundant circa egrotū folia salicū: ⁊ in hac ⁊ i biliosa oi febre: circūuoluant āt herbis frigidis singulis mice panis: vel farine. In vehementissimis autem

Cura causi ex phlumeno ⁊ Galeno

causis ēt acetū paucū circūfundere nō erit alienū erit nāq; efficax victus aūt admouēdus causo detētis ex humidissimis cibis: nihilq; acutū habētibus: vt caulis lactucarū decoctus cū oxicrato aquoso: vel exhibeat ptisane succus tenuior absq; sale: aut altera mixtione. Ubi confidimus nos aliqd intestinū nō oblesuros: sincerā purāq; frigidā aquam damus: in qbus aūt metus aliqs etiaz perexiguus īpedimento est. Primā vtiq; potionē pferemus potū inquā frigidū quassatum. Quatitur aūt ac frangit si qs eucrati calidi cyathū vnū cū quiq; misceat intēperati frigidi sinceri liquoris. Hoc nāq; corpibus apponit valde suspectis. Qd si neq; remedia pdesse possunt: neq; quicq; humanū: ad nature deum: q cuncta pduxit tollendus aīus est. Illius vnicū semper est auxiliū. Is namq; cum prestat: ⁊ vult: ⁊ potest optimus vsq; quaq; bonis succurrere mortalibus.

¶ Ex traditione penorum ⁊ arabum.

Ex cōstātino. vij. viatici.

Isaac li. iiij. febrium.

Causon est febris magnū corpori prestans incendiū cuius signa sunt hec: sitis nimia ⁊ continua: dolor incensiuus ⁊ molestissimus nature repugnatiuus ⁊ ab initio corruptiuus propter acumē materie vnde generatur: materia enim acuta est ⁊ ignea ⁊ cholerica in concauitate venaꝝ: que cordi vicine sunt: adunata maxime in venis oris stomachi ⁊ concauitate epatis ⁊ pulmonis. ¶ Isaac filius salomonis. Differt causon a tertiana que est intra venas: qꝛ tertiane cholera est in venis a corde remotis. Sed causon cholera de qua generatur: magis est in concauitate venarū que sunt in corde vel sibi vicinantes. hoc testat duricia febris. furiositas suiq; acumen: ⁊ fortitudo: ⁊ ꝯtinuatio sitis. Cā ꝟo fortitudinis ⁊ acuminis ⁊ cōtinuitatis febris est hec: qꝛ materia est in venis que sunt in ore stomachi ⁊ in epate. Quod est duobus modis. Uno qꝛ ē acutissima ⁊ feruētissima: sua enim materia cholera rubea est cū nulla humiditate mixta. Est ⁊ alia que nō est tāti feruoris: qꝛ materia sua est cholera citrina cū quadā portiuncula phlegmatis: scz cōmixta. ꝑinde antiq vocauerunt primā causon pp suā vstionem. Eius eniz materia est de pura cholera ardētissima. Secundaz vero noīauerūt acutam absolute: qꝛ materia eius est aliquātulū sanguinolenta. ¶ Auicēna. Causon est de genere cōtinue: qm dr̄ia inter eius vehementiam ⁊ eius teporem est insensata: ⁊ accidentia eius sunt vehemētia. Et causa in eo est acuitas materiei: ⁊ multitudo eius cum eius causus sit circa cor: ⁊ in venis oris stomachi: aut in

Auic. fen prima q̄rti canōis.

partibus epatis proprie: ⁊ ad summū in mēbris nobilibus vicinis cordi. In tertiana ꝟo periodica cholera est in carne: ⁊ ad partes cutis: ⁊ in continua cholera est sparsa in venis corporis que elongantur a corde. ¶ Rasis. Causon de genere est tertiane: ea tamē fortior existit: ⁊ maioris caloris. Que quidez vna die fit validior: alia ꝟo minus calida. A corpore tñ non separat: neq; horripilatio cū ea accidit: neq; sudor nisi cū recedit. Alia aūt tertiane accidentia sunt cū ea: vehemētiora tñ ⁊ firmiora. Lingua preterea ac labia citrina fiūt: aut denigrant: aut absq; dubio exasperant si febris non valde fuerit fortis. Asperitas ꝟo lingue cū pāno lineo fricetur: deinde psilij muscilagine cū zuccaro lambēdo hauriat. Nucleus quoq; pruni parū adhuc carnositatis retinēs in ore retinendus detur: ⁊ pāni aqua rosacea infusi epati ac cordi in plurib⁹ superponātur horis. ¶ Serapio. Differētia inter tertianā assiduā ⁊ cōburentē est: q tertiana assidua fit ex inflāmatione cholere: ⁊ ei⁹ ebullitione in eis: ⁊ in oīb⁹ instrumētis: ⁊ in reliquo corpore equaliter. Et in cōburente est inflāmatio pprie in instrumētis que sunt in circuitu cordis. Et quandoq; accidit causon sicut dicit in libro subuenientium egritudinū: ex phlegmate salso.

Rasis in x. ad almāsorem cap. v.

Johannes Serapionis vj. breuiarij. c. xiij.

¶ Ex traditione auctorum recentium.

Dicitur causon febris incensiua insultū ⁊ impetū magnum faciēs ꝟm naturā: qꝛ fit de cholera ignea acutissima pura in venis cordi propinquis. Et hz quedam accidētia inseparabilia ⁊ ppria: per q̄ ab alijs febrib⁹ distinguit. Habet ⁊ accidētia alia contingētia sibi: ⁊ alijs febribus pertinentia. Propria autez ⁊ inseparabilia sunt accidentia: vehemētia acuminis in calore: fortitudo ⁊ duritia intolerabilis: adustio corporis: ⁊ nimia sitis que in statu vehementissime sunt intensa. Accidētia ꝟo inseparabilia ei ⁊ alijs febribus cōmunia duobus modis sunt: aut sunt signa significatiua salutis: aut timoris: aut deperditionis: aut desperationis: que Isaac in libro febriū continuat ordinate. Signa aūt salutis his versibus cōprehendunt. Uis: leuitas: sensus: mens: somnus: spirit⁹: ictus. Appetit. ⁊ calor est equalis: coctio: fluxus. Accidentia ꝟo timoris significatiua sunt duob⁹ modis. Quedaz em̄ solū timorē significāt: quedā ꝟo perditionē manifestā. Signa solū timorē significantia his versibus possunt notari.

Uersus de causone.

Estuat atq; sitit: vigilat: stupet: est febris ingens.
Et calor est varius vomitus: fex ignea: crudus
Est liquor: et limus in dentibus: et cruor exit:

Insanit:sudat:febris acrior:⁊ sitis instat.

¶Signa vero perditionis hec sunt.

Virtus pulmonis:cordis:stomachi:cadit:heret.
Anxius:insanit:sudore:cruore fluente
Naribus absq; crisi:riget:pcterus:alget:et absens.
Est sitis:osq; sonat:plorat:decoctio cessat:
Liuor in extremis apparet:fronte citrina:
Est vrina minor egestio cruda liuescit.

Cura causonis ⁊cõtinue tertiane.

¶In causone fit dieta tenuis:q; cito venit egritudo ad statũ: et attendatur virtus egrotantis. Detur ergo mica panis bis vel ter lota in aqua cum zuccaro ⁊ bibat ptisanã colatã:deturq; etiã succus granatoꝝ acetosoꝝ:q; feruorẽ caloris reprimit:sitim mitigat materiã digerit:⁊ detur syrupus de aqua melonis palestini factꝰ. Sit domus lata habens septẽtrionales portas. Spargant ibi frigide herbe vt mirte:viole:frondes salicis ⁊ arũdinis. fiat ibi cursus aquarũ cum aliquo instrumẽto. Indumenta sint leuia: ⁊ non phlebotomentur nisi forte carnosi : et qui sanguine fuerint pleni: post septimũ diem adiungatur reubarbarũ syrupis infrigidãtibꝰ. ℥.ij.vel.ʒ.j.⁊ ponatur in sero in aqua endiuie ⁊ in aurora coletur: ⁊ cum syrupis conuenientibus offeratur. Purgentur cũ decoctione violarũ ⁊ prunorum casiefistule ⁊ tamarindorũ.⁊ si fortis fuerit eger:purgetur cum decoctione myrobalanorũ citrinorũ. Consueuit superuenire frenesis:ideoq; si alienare ceperit : radatur caput et lauetur cum succo apij ⁊ aceto.fricentur extrema ⁊ fiant auxilia freneticorũ que superius diximꝰ capitulo de frenesi. Et si post materiei digestionem aqua frigida in multa quantitate bibatur: consueuit prodesse. Nam ⁊ calorem mitigat:⁊ vomitũ prouocat.

Clystere

In tertiana continua eadem est curatio vt in causone:nisi q; in tertiana continua mitius frigidis expedit vti. Dentur clysteria lenitiua.vt.℞.malue:violaꝝ.añ.M.j.aq̃ fluuialis lib.j.ℸ.fiat decoctio ad consumptionẽ tertie partis:cui addantur olei violati.ʒ.iij.casiefistule nouiter extracte.ʒ.j.salis.ʒ.ℸ.fiat clystere. Statiz ergo cũ occurris infirmo febre acuta fac lenitiuum clystere ad vtilitates multas: etiã vt intestina ꝓpareuk solutioni. fiende in crastinũ per solutiũ. Lenitiuuz per superius potest dari. Nam aliqñ clysteria plus ledunt:q̃ lenitiua per os vt sepe vidi. ℞.casiefistule nouiter extracte.ʒ.r.aut.ʒ.j.aque ordei.ʒ.iiij.cum aqua dicta casia extrahatur. Itẽ aliud.℞.mane.ʒ.j.syrupi violati.ʒ.iij. aque ordei.ʒ.ij. Minoratiuũ cõmune quod dicitur tale:quoniã materias cõmu

Lenitiuũ per os.

Minoratiuũ cõe.

nes siue in vijs cõmunibus existentes.vt sunt stomachus ⁊ intestina euacuat.℞.tamarindorũ.ʒ.ℸ.vel loco illorũ tantũdem prunorum decoquantur in .ʒ.r. aque vsq; ad consumptionẽ tertie partis:et coletur ⁊ fortiter expimak:de qua colatura.℞.ʒ.iiij.⁊ adde mane.ʒ.j.vel casie tantũdem si mana careres.⁊ hoc magis respicit cholerã. Et si volueris sanguinẽ a cholera mũdificare:pone tamarindos in decoctione.q; si phlegma ⁊ cholerã:sed principaliter phlegma:adde agaricũ in dicta decoctione:⁊ cuz tamarindis bulliant.ʒ.ij.agarici non pistati:sed incisi non multũ subtiliter. Minoratiuũ propium cholere:⁊ maxime,respiciẽs cholerã tanq̃ pecantem materiam.℞.decoctionis supradicte tamarindorũ.ʒ.iiij. aut.v.mane.ʒ.j.vel casie tantũdem succi rosarũ.ʒ.ij.vel loco succi reubarbari electi.ʒ.j.q; si fuerit phlegma.℞.casie.ʒ.j.electuarij indi.ʒ.j.ℸ.extrahatur cum decoctione lupulorũ sebesten et tamarindorum. ¶Ponitur autem hic(ne vacuus recedas)digestiuũ ⁊ extictiuũ febris acute.℞.orizaccare simplicis.ʒ.iiij.succi aracionum.ʒ.iiij.seminũ cõmuniũ frigidorũ maiorũ mundatoꝝ.ʒ.ij.seminis endiuie lactuce.añ.ʒ.ij.aquarũ endiuie lupulorũ.añ.ʒ.iij.acetose.ʒ.iij.nenupharis.ʒ.iij.violarũ rosarũ.añ.ʒ.ij.pistando a pistentur.deinde omnia misce ⁊ leniter ebulliant.deinde aromatizentur cum pauco sandalorũ rubeorũ ⁊corallorũ.añ.⁊ omnia sic ad colatorium ponantur:quo digestiuo vti debet febriens vsq; ad statuz inclusiue dando de eo.ʒ.j.in aurora ordinate:et frigidis temporibus calidis:⁊ calidis temporibus frigidis:et infra diem ⁊ noctez pluries ac abunde vt voluerit.

Cholere minoratiuum.

Digestiuum i febre cõtinua.

¶Tertiane sincere cognitio. Caput.iij.

¶Ex traditione grecorum ⁊ latinorum.

Tertianarũ sincerarũ et notharũ cognitio

Dignitur tertiana ex flaua bile putrida ⁊ cõmota et extra vasa delata. A principio statiz rhigor nõ segnis infertur:qui a quartane rhigore differt:quod in tertianis cõpungere videak: corpusq; sauciare. Nam in quartanis iniectio in frigiditatẽ euadit magnam: ⁊ magis ad intima penetrat:at amphemerinũ rhigor frequẽter precedit at magis refrigerank. Est etiã in tertianis febribus series integra pulsum ⁊ equalitas:suscitatur autẽ in ascẽsibꝰ paroxismoꝝ pulsus in vehemẽtiam ac magnitudinẽ:densitatẽq;:

sitimq; fert homini ꝑsertim in vigore ⁊ ardore vt enudẽtur ⁊ abiſ-
ciat languens palia: ⁊ multũ ⁊ ſpiſſe reſpiret: ⁊ ſuffiet tanq̃ fla
ma aliqua: frigidãq; aquã bibere concupiſcat: et paulopoſt calor
equaliter per vniuerſum corpus extendit: ⁊ ſi in thorace manũ po
nas prima quidẽ intectione cuncta calore multo ⁊ acuto concale
ſcunt ⁊ tanq̃ vapore quodã ſublata. Tum demũ languẽti iam bi-
bendi tẽpus eſt quo potante cõfeſtim vis multa penetrat vapo-
ris calidi per cutem: ſudores pronũcians vomitus apparet bilis:
⁊ aluus ſubducitur: vrine his bilioſe ⁊ ſubtutile ⁊ flaue: ⁊ medio-
criter craſſe: ⁊ aliquãto poſt: vel nebulã albam vel eleuamen bo-
num efficũt. Si vrine fuerint ignite: nec aliquod affuerit eleuamẽ:
neq; nebula in prima periodo ambituq; appareat: egritudo ad ſe
ptem vſq; periodos extendet: at ſincera tertiana primo die in vri-
nis pronũciabit hypoſtaſim albã ⁊ lenẽ ⁊ equalẽ: neq; tertiã exce
det periodũ. Hec febris in non eſtuantẽ feruorez deſinit ad paro-
xiſmum: totũ tẽpus paroxiſmi faciendo horis non pluribus duo-
decim. Hec demũ ſincera tertiana nominetur. Qui ꝓ diuturnio-
re tempore: q̃ quod diximus: in paroxiſmo oblanguerit: hãc pro-
tenſam appellamus tertianã. ſi autẽ quotidie paroxiſmus inſur-
gat cum rhigore ingenti: cunctaq; ſecum iam cognita ferat in pul
ſibus atq; vrinis: reliquoq; corpore: hoc duplicẽ tertianã nuncu-
pamus. id euenit ob multitudinẽ ⁊ craſſitudinem: ⁊ bilis partium
inequalitatẽ: vt facile eſt intueri. Sincera autem tertiana in bilio
ſis natura corporibus frequentiſſime conſiſtit: ⁊ in florida etate:
precipue eſtatis tempore: et in calidis: aridiſq; temperamento lo-
cis: ⁊ ſtatu circũfuſi nobis aeris: cum vita in laboribus in curis:
⁊ vigiliis: in eſtubus: in vino auſtero minime diluto poto: in pau-
ciſſimo nutrimento: eodẽq; calido ⁊ arido: ceterum dulciũ et cale-
facientium ⁊ arefacientiũ potuũ: ac medicaminũ vſus immodera
tus facillime tertianã inuehit febrem. Abſtinendũ ꝓ o cum primũ
occupat febris: a dulcibus ⁊ acutis omnibus: ⁊ ſalſis ⁊ odoratis
odore aromatico edulijs ⁊ potibus: necnon veteri ⁊ natura cali-
do vino: his inquã tanq̃ a toxico abſtinendũ. Cibi ſunt tradendi
qui humectent: et refrigerent: ij nãq; ſinceris tertianis vtiles: quã
titas autem erit quanta ab ipſis concoqui potuerit. Holerũ autẽ
congrua erunt triplex: blitũq; ⁊ malua ⁊ lactuca ⁊ bugloſſa ⁊ pti
ſane ſuccus: ex piſcibus ſaxatiles volucrũ que mollis fuerint car-
nis: ⁊ gallorũ teſticuli. et porcorũ pedes ⁊ cerebrũ: et ouorũ vitelli
abſorbendi: fructus dentur minime concoctu difficiles: vue pre-
mature ſuccus: pruna damaſcena. Huic febri vſquaq; ſyrup⁹ aci-
dus potu cõuenit: ſyrupus violaceus: aqua ex ordeo cocta: aqua

quoq; frigida: vt ſtomachi tamen ratio habeatur. aqua ex tertia
vini parte cocta. At in non ſinceris tertianis: que plurimũ calefa-
ciunt: et arefaciunt: precipue ꝓ aſperſione abſinthij vti licebit cõ
tinue poſt diem ſeptimũ et oximel potũ multis proſuit: aliquidq;
purgationis adhibendũ concoctione inuinis bona apparẽte. At
in cibis vomitus prouocetur in hmõi longis febris languoribus:
quibus feruntur a preſtantiſſimis medicis multi plerũq; liberati:
neq; ſtatim a principio lauari bonũ eſt: ſed cum iam ſigna conco-
coctionis apparuerint. Quies eis confert: ⁊ ꝓfoueant que ad hy
pochondria: ſorbitiones: que bene cõcoquant clyſmata inferni vẽ
tris non admodũ mollia. Ceterũ etiam aliquid ſecantis admitta
tur. vtpote craſſiorẽ ſubiectã bilem: nec admodũ calidiorẽ: preci-
pue congruet ipſis ptiſane ſuccus intecto pipere: et yſopo quan-
doq; vel origano coquendo cum mellicrato dato potionẽ: aliaq;
que vrinam moueant.

Notha cura tertianarũ.

¶ Ex traditione penorum et arabum.

Tertiana febris aut de re naturali: aut de re extra
naturã naſcitur. De naturali cum calida ⁊ ſicca eſt
natura infirmi cui cholera dominat rubea. Etas
eſt iuuentilis: tempus anni eſtas: aer calidus ⁊ ſic-
cus. De non naturali cum infirmus anteq; cecide-
rit: calidũ aut ſiccum comederit: ⁊ habet triſtitiaz:
anguſtiã: vigilias: laborẽ nimiũ: longi temporis ieuniũ: ars eius
ferraria: aut fornacina. Que oia corpus calefaciũt ⁊ deſiccant: et
cholerã rubeã generãt. De re extra naturã: q; quedã febris cũ ca-
lore eſt forti: ⁊ ſicut cuſpis acus pungibilis: q; ex cholere rubee eſt
acumine. calor eius in tactu fortis ⁊ acutus atq; pũgitiuus: pul-
ſus in initio peryodi paruus ⁊ defect⁹ atq; rarus: ſed tñ non per-
manens niſi per paruũ tẽpus: ⁊ in magnitudinẽ ⁊ diuerſitatẽ mu
tatur. Magnitudo eius q; cholera rubea eſt leuis: nec grauat vir
tutem ⁊ itẽ ex magna neceſſitate refrigerãdi calorẽ. Vrina et⁹ eſt
ignea: ⁊ ẽ cũ ſiti nimia. Anguſtia cũ vomitu cholere rubee: ⁊ nimio
ſudore ꝓpter ſubtilitatẽ materie. aliq̃ ſuccedit digeſtio cholere
rubee ⁊ cũ has ſignificationes inuentas: aut eorũ plurimas: iudi-
canda eſt eſſe vera tertiana. ¶ Auicẽna. Pura tertiana eſt ſubti-
lis leuis: cuius paroxiſmus conſumitur a quattuor horis vſq; ad
duodecim: ⁊ non addit ſuper eas multũ: ⁊ ſi addit additione mul
ta: tũc non eſt pura: ⁊ eſt ſm plurimũ peruenienſ ad horas ſeptẽ.
Et calefit corpus in ea velociter: et vides caliditatẽ procedere ex
corde: ⁊ extremitates adhuc ſunt frigide. Pura non addit cũ non
accidit error ſuper ſeptem periodos: et quandoq; conſumit ꝓpter

Cõſtãtinus ſiue Iſaac fili⁹ ſalomonis in pantegni lib. viij. et notanter dicit iſaac. nam iſaac dicit ſe cõpoſuiſſe libũ pantegni. vt patet li. iiij. febrũ ca. de diebus q̃b⁹ fit criſis ⁊ tu ibi lege.

Auicẽna ſen pria q̃rti canonis.

subtilitatē sue materie in paroxismo vno in quo accidit vomitus: aut ventris solutio mundificās. Apparet digestio in vrina prima die: aut tertio: aut quarto: aut septimo. Et cū vides principiū cū rhigore: et statū cum sudore exuberāte: tūc non dubites quin ipsa sit pura. Et cū nō pura inuenit grauitas plurima in capite: et extēsio ⁊ plōgat rhigor donec pueniat ad horas. xxiij. aut. xxx. vsq; ad horā suam: ⁊ tepescit donec cōplentur. xlviij. hore. Et per quātitatem additionis paroxismi super duodecim horas: est eius elōgatio a puritate. Et in tertiana quidē non pura tardatur apparitio digestionis: ⁊ non apparet in forma obfuscatio: neq; extenuatio: ⁊ accidētia sua minorant in ea. ¶ Serapio. Et oportet vt inquiratur etiam de cholera citrina: et cholera nigra quomodo est possibile vt putrefiāt cū ipse sint sicce. Et causa dicitur esse in hoc quontā illa que dicunt sicca: aut sunt sicca in corporib⁹ suis diuersa in cōplexionib⁹ suis: sicut lapides ⁊ ferrū: ⁊ q̄ sunt illis similia: aut sunt sicca in cōplexionibus suis: humida in corporib⁹ suis resoluta: sicut mel ⁊ vinū ⁊ cholera citrina: ⁊ cholera nigra que putrefiunt propter humiditatē corporū suorū ⁊ eorū resolutionē: non propter cōplexiones suas ⁊ virtutes. In febre autē tertiana pura ea que fiunt sunt due res: scz malitia cōplexionis materiei: ⁊ multitudo eius: ergo cogeris adhibere cōtraria eis simul. Quod est: q̄ tu cōtraria adhibes malitie cōplexionis calide ⁊ sicce per illud quod infrigidat ⁊ humectat. Et adhibes ꝓtraria multitudini materiei p euacuationē. ¶ Rasis. Si eger fuerit debilis aut delitiosus. ⁊ tēpus fuerit estas: circa vnāquāq; noctē pondus. ʒ. x. tamarindorū: ⁊ pruna sicca: ⁊ grossa. xx. sumant: ⁊ in duab⁹ libris aque vsq; quo sint dissoluta coquant. deinde manibus fricata colētur ⁊ misceant huic colature zuccari tabarzet. ʒ. x. ⁊ in potu anteq; dormiat sumat. cūq; mane factū fuerit: et sol eleuari ceperit: ex aqua ordei fm magnā quantitatē bibat: ⁊ in loco bene quieto vel olente morietur: donec cibus digeratur: deinde ex oleribus frigidis in quibus non est amaritudo nutriatur.

Serapio vj. breuiarij. c. xiij.

Rasis. x. ad almāsorem capitij.

¶ Ex traditione recentium auctorum.

Causa putride febris calor est extra naturā operans in fece chimorū: que fit de tertia digestione in omnibus membris facta. Que fex ideo est: q̄ quod accipimus siue sit potus vel cibus: non sunt omnino laudabilia. vnde cibi venientes ad stomachū: ⁊ facti quasi ptisanum: epar trahit colamentū eius ad se: quod digestum ⁊ in sanguinē conuersum: mandatur membris vt ex eo nutriantur quod sue conuenit complexioni. Fex autem q̄ non cōuenit per poros in fumo et sudore expellitur. Quod si membra sint defecta ad expellendum fecem ꝓpter mutationem suarū vel complexionū vel cōpositionum: vel ꝓpter oppilationē pororū: vel ꝓpter grauitatem materie si fuerit multa in quātitate aut grossa aut viscosa: fex pmanet in cōcauitate mēbrorū et raritate eorum: sicut pulmonis et splenis et cōcauitate venarum stomachi et similium. Que si mouetur in quibusdam temporib⁹ aut ꝓpter mala cibaria et⁹ qualitatē augmētāria: aut propter aeris mutationem ⁊ similiū: odio tenetur a natura ꝓpter sui corruptionem: nec regit eā: que sine regimine permanēs: calefit in interiore corpe calore suo et fumositate: proinde bullit et calefit et putrefit sicut humores cadaueris bullientes corrūpuntur et putrefiūt: cum naturalem perdiderint calorez ⁊ regimē nature. Que putrefacta generat febrem fm suam complexionem vnde naturam accipit a suo elemento. Si enim materia sit cholerica: veram tertianam generat duodecim horas tenēs: et trigintaſex requiescēs. Si sit phlegmatica: amphemerinam facit: et octodecim horis mouetur et vj. quiescit. q̄ si sit melācholica: quartanam generat que. xxiiij. horis mouetur et affligit: et. xlviij. quiescit. Causa diuersitatis harum grauitas vel leuitas est materie ad putredinem cōueniētis vel inconuenientis: sicut dicitur de sinocha: quo fit ex putredine sanguinis. Omnis enim putrefactio non fit nisi cum calore ⁊ humiditate. Quecūq; igitur materia huius fuerit complexiōis aut ei vicina: fit facilior ad putrefactionem: contraria vero contrarie. Unde quartana quia materia eius frigida est et sicca: et causa putredinis est calidum et humidum: repugnat putredini cum vtraq; qualitate. Dimissio eius est. xlviij. horis: et motio. xxiiij. necesse est enim vt calor extraneus. xxiiij. horas habeat in mutanda illa vna qualitate: necesse etiam sunt alie. xxiiij. in mutanda alia qualitate. Quod si aliqui nos reprehendant dicentes: quare iste terminus non est maior vel minor. xxiiij. horis. Respōdemus quia omne quod generatur sub lunari circulo est ex quattuor elementis adinuicem compositis. Destruere enim est conuersio vnius in aliud. Verbi gratia. Elementa mutantur in cibum: cibus in mēbra. Item cum destruitur corpus: humores reuertuntur in aquā spiritus in aerem: ossa in terram. Actio enim elementorum adinuicem facta fuit propter motum solis et lune: et stellarum motum habentium. Sol quoq; est causa ceterorum: et dominator: et cursus eius ab ortu suo extens et vsq; ad eundem rediens non manet enim nisi vigintiquattuor horis. vnde si materia in aliqua parte putredini obediat: fit tempus actionis eius certius.

Ideo tertiana quia calide ⁊ sicce est materie: ⁊ cū vna qualitate id est calore conuenit putredini: ⁊ cum alia non: necessario calor extraneus moratur in tertiana. xxvi. horis in mutāda siccitate in putredinem. Unde si querāt alij cur calor extraneus in quartana xxiiij. moratur ad vnā qualitatem scz siccitatez: et in tertiana ad eādem siccitatem moretur. xxxvi. horis. Respōdeo q: siccitas corporis duobus modis fit. Aut cū calore: aut cum frigiditate. Calor autem desiccat corpus: q: illud rarificat: et humores desiccat Frigiditas ꝟo materiam coadunat et congelat: vnde humor in ea clauditur: ad quem calore extraneo accedente constipata aperitur materiaz humor eius defluit: putredini obediens. In ea autem que propter calorem est desiccata: q: humores non sunt in ea clausi: nec coagulari: necessario calor extraneus tardatur in ea liquefacienda et diuidenda. Similiter si opposuerint de amphimerino cur amphimerinus sit facilior putredini q̄ tertiana: cur etiā repugnet putredini cum vna qualitate: id est frigiditate: Respōdeo phlegma esse sanguinē secūdo coctum ⁊ in albedinem et frigiditatem mutatum: vel vt alij volūt esse sanguinem diminute coctum: videmus enim naturā mutare mēstruū sanguinē in lac i mamillis: et in sperma in testiculis. Ideo natura mādauit phlegma cum sanguine per totum corpus: nec clausit illud in aliquo loco: sicut vtraq̄z choleram. Quia aliquādo corpus ex eo nutritur: cū paupertatem sanguinis habuerit ergo phlegma erit cōtinuatim obediens putredinis sicut sanguis: nisi propter paruitatez sue frigiditatis: in qua calor extraneus aliquanto tempore moratur in mutādam illius qualitatem in putredinem. Propterea dicimus febrem tertianam de cholerico humore et putrido nasci: propter id quod dirimus. Quia cholera cum dominatur corpori: aut putrefit: aut non. Que nō putrefit: aut est in toto corpe: aut in vno mēbro. Si sit in toto corpore: ꝟ cteritiam generat sine febre. Que autem est in quibusdam mēbris facit tyriam. Putrefacta autē aut est in toto corpore: aut in vno membro. Si sit in vno mēbro generat apostema q̄ dicitur herisipsla. Si sit in toto corpore: aut est intra vasa: aut extra. Si sit intra vasa: tertianam sine rigore generat aut causon. Si sit extra vasa: faciet tertianā interpolataz. Ea enim materia que est intra vasa nō facit rigorem: eo q̄ est in vasis clausa: nō pōt trāsire per loca sensibilia et pongere ea. Rhigor enim nō est aliud nisi materia pūgēs mēbra sensibilia. Sed hec febris licet sit cū interpolatione in die tñ dimissionis nō quiescit: sicut ea q̄ est extra vasa: q: materia eius est mixta cum sanguine: ⁊ cū eo mouetur: sed tamen in die illa trāquilla mitigat aliquātulū

Tertiana vnde nascatur.

vnde a die exacerbatiōis differt. Et mouetur cholera de tertio in tertiuz phlegma omni die: et melācholia de quarto in quartum. Et causa est hec: videlicet quedam proportio inter ipsam naturā et ipsos humores. Et prout natura ꝓpinquior est ipsi humori: et humor ipsi nature. Et quātum inter eos maior cōcordātia et conuenientia ⁊ amicabilitas cōsistit: et minor mutabilitas: tātum natura citius ad ipsum mouetur: ⁊ ideo citius mouetur ad sanguinem: secūdo ad phlegma: tertio ad choleram: quarto ad melancholiam. Sufficit quātum diximus de signis tertiane. Oportet nos plane dicere: quare et quomodo cholera rubea recipit putredinem: cum eius natura calida sit et sicca: q: diximus q̄ putredo non est nisi caliditatis et humiditatis. Iterum diximus q̄ quedā sunt naturaliter sicca: et substātia eorum est liquida sicut mel: vinum: cholera rubea: aqua salsa et similia. Sūt etiam quedam in natura humida: et in substantia sicca: sicut piper longuz zinziber cicer ⁊ similia. Sunt et alia in natura sicca ⁊ dura: ⁊ etiam in substātia: sicut ferrum lapis et similia. Quod ergo in substantia est siccum: et in natura humidum: recipit putredinem: q: calor extraneus humiditatem in eo inueniens: dilatat eam faciens eam fluere. Item dicitur q̄ omnis ebullitio et perturbatio que sunt extra actionem nature: faciūt putredinem. Quod etiā in natura est siccum: et in substātia liquidum suscipit putrefactionē: q: calor extraneus inueniens liquorem in eius substātia dilatat: et facit eaz fluere. Quod autem in natura et in substātia siccum est: nūq̄z recipit putredinem. Nam ex vtraq̄z parte siccum est: proinde calor extraneus nullam in eo inueniens humiditatem: sit causa eam siciorem et durioremfacere. Palam ergo intelligimus: quia quod in suo corpore fuerit humidum: suscipit putredinem: licet naturaliter siccuz sit: vnde cholera rubea: licet in substātia sit liquida: in natura tamen est sicca: recipit ergo putredinem. Similiter ⁊ cholera nigra. Palam ergo est q̄ cholera rubea et nigra nō recipiūt putredinē propter earum cōplexionem et naturam: sed propter substantialem humiditatem illarum atq̄z liquorem. Et quia compleuimus causaz putredinis cholere rubee absolute: oportet nos diffinire speciem cholere rubee que recipit putredinem: et que nō. Unde dicimus choleram rubeam diuersis modis esse. Est enim naturalis: ⁊ non naturalis. Naturalis est rufa habitans in felle ⁊ virtus eius in epate. Nō naturalis est in stomacho. Est autem diuersa q: quedā est vitellina: quedā crocea: alia praffina: ⁊ alia eruginosa. Vitellina ⁊ crocea minoris sunt coloris, et siccitatis q̄ rufa: que est naturalis. Praffina autem, et eruginosa maiorem ha

Quedaz sunt naturaliter sicca substātialiterve ro humida ⁊ editerso.

Cholera rubea est duplex.

bent calorem et siccitatem q̃ naturalis. Causa quia naturalis cholera est ad stomachum veniẽs miscetur cuꝫ humoribus in stomacho existentibus. q̃ si fuerint laudabiles et temperati sicut humores qui oriũtur de pane bene fermẽtato: agno annuali: hedulo lac adhuc sugente: conuertitur cholera rubea in croceam naturali vicinantem. Quod si humores quibus cholera est mixta fuerit ad humiditatem ⁊ frigiditatem pertinentes: sicut ei qui nutritur de piscib⁹: muratur cholera in vitellinam: ideoꝫ vitellina minus est calida ⁊ sicca q̃ crocea: ⁊ crocea minus q̃ rufa. Quod si inuenerint humores i stomacho calidos et acutos sicut ij qui generantur ex pipere: sinapi: porris allijs: ⁊ similibus augmentatur calor: et cholera fit prassij coloris. Si autez illa cholera in suo p̃ manserit acumine: et calefacit eaꝫ calor extraneus: aut caliditas temporis et aliarum rerum intẽditur fitq̃ eruginosa. Crocea vero aliquãdo nascitur in epate: cũ sanguis sit humidior q̃ decet: p̃ inde nãturalis cholera in iuuenibus est rufa: senibus vero ⁊ pueris est crocea: senioribꝰ vitellina: prassina aũt impossibile est generetur in epate: nec transit a stomacho: nec generat febrẽ: quia nõ tanto tempore in corpore permanet vt putrefiat et febrem generet. Natura enim semper se adiuuat: vt eam a corpore expellat: p̃ pter eius malignitatem. q̃ si natura defecerit eam expellere, nequiens: incẽditur corpus: et homo moritur. Ergo si talia de prassina accidũt: quanto maiora et sciciora de eruginosa euenient. Necesse est ergo vt rufa crocea et vitellina: recipiant putredinem et febrẽ generãt. Sed si materia febris fuerit vera cholera idest rufa generatur causon. Si fuerit crocea: generatur tertiana. Si est vitellina: nascitur hemitriteus. Febris tertiana molestior est ceteris putridis febribus: propter acumen eius materie: et quia est causon vicina. Que cum fuerit vera fit eius crisis in septem periodis: sicut hippocrates dixit. Si non sit vera: transit hunc terminum et secundam materiam cum qua miscetur: fit longitudo sue determinationis. Que aliquando incipit in autumno et dimittit in vere. Solet autem patientibus in nocte euenire antequam accessio veniat angustia et vigilia: veniente autem accessione accedunt parua frigiditas: sitis ⁊ calor: vnde oportet medicum in hac febre sibi cauere ab initio vt non det infirmo rem calefacientem ne materia calefacta cum sui acumine ad caput salliat: ⁊ frenesim generet fiãtq̃ timor ⁊ molestatio peiores. Cholere enim rubee acumẽ ⁊ velocitas nõ sustinẽt medici stultitiã ⁊ ignorantiam infirmi. Cura tertiane vere si materia est in stomacho in principio detur syrupus acetosus cum calida: aut vinum malorum

Cura vere tertiane.

granatorum acetosorum coctum cum zuccaro vsq̃ ad spissitudinem: propinetur ieiunus cum calida. Dieta sit panis ⁊ aqua lactis: scariol. malua: atriplex. spiachia: malagranata acetosa: prunа damascena: ⁊ detur decoctio violarum ⁊ prunorum. Pro dolore capitis vngatur frons ⁊ tempora de oleo rosarum ⁊ aceto vel pouleon. Contra sitim ⁊ lingue siccitatem indigemus assiduatione in ore ⁊ gutture patientis rebus' prohibentibus exciccationem. ℞. quattuor seminum frigidorum minorum seminis psilij: seminis citoniorum fortiter conquassatorum aã ʒ. ij. seminis bombacis mundati ʒ. j. succi liquiritie. ʒ. j. fiant parui saccelli in forma amydalarum in latitudine tenues ligati: qui saccelli madefiant in muscillagine: quarum recepta sequitur. ℞. seminum immediate dictorum aã ʒ. ij. ꝙquassata fortiter infundantur per horam in aquis nenupharis: capil. veneris cucurbite cucumeris ⁊ alijs similibus omnibus: vel quas habere poteris: ⁊ postq̃ aque ⁊ semina simul per horam steterint videbis supernatare muscillaginem quam collige ⁊ post ibidem tempera saccellos dictos ⁊ pone vnũ in ore patientis: postq̃ ibidem parum steterit: abijce ⁊ remitte vt temperetur quousq̃ os sufficienter humectetur. Clysteria quoq̃ fiant que in capitulo de causone docuimus. Si materia est in ore stomachi vomitus prouocetur cum decoctione atriplicum seminis raphani aut cum syrupo acetoso. Quod si non sustinent vomitum: purgentur cum decoctione violarum prunorum tamarindorum addita casiafistula. Si non: cum decoctione myrobalanorum ⁊ infusione reubarbari. Fomententur autem manus ⁊ pedes cum aqua vbi cocta sit malua: atriplex: viole rose ⁊ papauer. Et si materia est in epate: ⁊ vina sit spissa: phlebotometur de vena basilica maxime si sanguis abundet: ⁊ fac minutionem post duas vel tres accessiones. Aer quoq̃ artificialiter sit frigidus: ⁊ epar epithimetur si in eo est materia multum calida. fiat cataplasma de sandalis albis ⁊ rubeis cum oleo violarum ⁊ rosis ⁊ spodio. Contingit q̃q̃ vt nimio vomitu ac vẽtris solutõe molestent. ad vomitũ itaq̃ compescẽdũ spongia in aceto infusa bullente: ⁊ cũ puluere masticis stomacho apponat. Ad fluxum ventris cõprimendũ fiat fomentũ de plantagine: mirta. corrigiola ros. in aqua pluuiali. Vtantur coctanis coctis. Facta purgatiõe si dolor capitis perseuerat: detur rubea in sero cũ aqua tepida. In tertiana notha eisdẽ fere curis vti debem⁹: nisi q̃minus frigida sunt danda. Aliq̃q̃ admiscẽda sunt calida: atq̃ in diebus q̃etis vtãtur vino aq̃ multa diluto. Pullis ouis sorbilib⁹: pedibus porcoꝝ ⁊ sillibus vtantur ptisana theriacalis.

Cura tertiane notha.

in qua bullierint carice: vue passe: ysopus: pulegium. Ad materiei incisionem ⁊ diuisionez syru. aceto. ⁊ orizaccara: ⁊ oximel. Ad purgationem aũt eisdem decoctionibus vtimur: sed addimus polipodium se. anisi maratri. purgamus cuz trifera saracenica bene dicta picra. ℭ. reubarbaro. post purgationem nõ solũ rubeaz: sed ⁊ triferam magnam: aut auream: aut metridatũ administramus. Sed nunc aliqua ponenda sunt remedia magis specialia: tam in cura tertiane vere ℭ nothe. Syrupus magistralis in tertiana vera. ℞. florum boraginis buglosse ros. añ. ℳ. ℔. viol. lactuce papa. albi. endiuie: scarid. añ. ℳ. j. se. endiuie lactuce añ. ℥. ℔. se. quattuor fri. añ. ʒ. vj. decoquant de qua decoctõe. ℞. lib. j. saccari. ℥. iiij. aceti. ℥. iij. vini granatorum. ℥. j. fiat syrupus. q̃ si volueris facere longum dabis de eo. ℥. iiij loco digestiui. Si breuis fuerit siue debite coctus da. ℥. iij. cuz aqua endiuie. ℥. iij. vl. ℞. syrupi acetosi simpl. ℥. j. orizaccare. ℥. ℔. aque endiuie. ℥. ij. aceti. ℥. j. ⁊ sic de alijs. Syrupus sancti ambrosij faciens sudare mirabiliter ⁊ sitiz extinguit ℞. milij excorticati ℭ titatem conuenientem: ⁊ fac eum decoqui vsq̃ ad etus aperturam. Deinde. ℞. ℥. v. vel circa eius brodij ebullientis ⁊ infunde vini albi odoriferi. ℥. ij. ⁊ sic calidus da patienti: ⁊ bene eum tunc cooperias: sudabit mirabiliter. curabat sic Mediolanenses: ⁊ adhuc eo vtuntur. Emplastrum factum ex fuligine sale apio aquatico super volas manuum ⁊ plantas pedum positum ante accessionem per tres horas tollit illam. Item dicitur q̃ ʒ j. radicis gentiane bibita cum vino ante paroxismum tollit illuz similiter succus ypericonis. Ista tamen sunt emperica: quibus non assentio satis: sed a Nicolo scripta inueni: ⁊ propterea hic apposui. Solutiuum. ℞. casie extracte cuz aqua endiuie ⁊ absinthij ℥. j. reubarbari electi. ʒ. j. ℔. spice vel squinanti grana. iiij. misce. Da omni hora dyarodon abbatis. Ex expertis in febre tertiana pura est succus cozrigiole tepidus bibitus ante paroxismum per horam dosis. ℥. v. prohibet enim paroxismum in ea euenire. Idez operatur succus vue acerbe si nouem diebus mane sic bibatur. Idem succus cicoree. Et tu hec confice cum saccaro vel iulep alio. Et si dantur. ℥. iiij. vini granatorum muzorum: vel acetosorum cum. ℥. ij. aque endiuie per horas duas ante accessionem paroxismi ipsum tollit: aut minuit: maxime si cõtinuetur aliquibus diebus. Tu tñ in hoc considera stomachi dispositionez: ⁊ da deinde sequenti die euacuatiuũ. Et quando mixtio est ex cholera ⁊ phlegmate tenui ⁊ cholera citrina. ℞. aquarũ endiuie scariole cicoree añ. ʒ. j. ℔. absinthij: feniculi añ. ℥. j. syrupi acetosi simplicis mellis rosati colati añ. ℥. j. ℔. misce. vel si vis magistralem. ℞. endiuie

Syrup⁹. magrālis in tertiana pura.

Syrup⁹. beati ambrosij.

Emplastrum.

Emperica.

Solutiuum.

Expertũ in tertiana.

Remedia in notha ter-

scariole lactuce adianthos ysopi cicoree añ. ℳ. j. radicum feniculi. ℥. iij. ℔. radicis apii. ℥. j. seminum endiuie scariole añ. ℥. ℔. zuccari quod sufficit: aceti ℥. iiij. ⁊ fac longum aut breuem vt placebit: ⁊ aromatiza cum cinamomo. Ex solutiuis da casie extracte. ℥. j. cuz ʒ. j. ℔. turbith preparati: extrahatur cum aqua absinthij ⁊ endiuie añ. ℞. electuarij indi. ʒ. j. electuarij de succo rosarum. ʒ. j. ℔. cũ aqua endiuie absinthij añ. ℥. j. Confectiones ⁊ electuaria compone ex calidis ⁊ frigidis. vt. ℞. specierum aromatici rosati descriptione gabrielis. ʒ. j. ℔. specierum tria sandalorum. ʒ. ij. quia cholera vincit in vigore. saccari tabarzet: ℥. x. fiat confectio solida. Ex trociscis conueniunt trocisci rosati minores maxime post dies. xiiij. Si fuerit ex cholera vitellina consimiliter dic de simplicibus. Ex compositis vero. ℞. syrupi acetosi simplicis. ʒ. j. ℔. mellis rosati colati. ℥. ℔. aque endiuie feniculi añ. ℥. ij. Ex magistralibus. ℞. radicum feniculi sparagi añ. ℥. j. scolopendrie endiuie scariole asari añ. ℥. ℔. fiat decoctio ⁊ cum lib. j. ℔. zuccari ⁊. ℥. iiij. aceti: vel si magis vis incidere aceti squillitici. fiat syrupus longus aut breuis: ⁊ detur vt supra cuz aliquibus ex appropriatis aquis aut sine aquis. Ex solutiuis cõuenit. ℞. diafiniconis vel electuarij indi. ʒ. j. ℔. electuarij succi rosarum. ʒ. j. etiam conuenit agarici. ʒ. ij. vel turbith manna pariter ⁊ casia secundum tenorem virtutis. Et in hoc capitulo laudat Auicenna turbith: agaricum ⁊ scamoneaz: valet ⁊ reubarbarum ⁊ in substantia ⁊ in infusione datum. Et bene commendes memorie propter egritudinem chronicaz te oportere de debili ad forte procedere ⁊ sepe replicare. Ex trociscis commendantur de eupatorio. Ex confectionibus conueniunt diarodon: triasandal. aromaticum rosarum: de gemmis simul mixtis ⁊ cũ zuccaro fiat electuarium vt decet: ⁊ de ipsis plus aut minus pone secundum q̃ videbis. Et si fuerit non pura per admixtionem melancholie in se genite per adustionem: tunc simplicia videantur que conferunt cholere pure ⁊ melancholie ⁊ ex illis aggrega: vt verbi gratia magistraliter. ℞. florum violarum: boraginis: buglosse rosarum rub. endiuie scariole lactuce añ. ℳ. j. ℔. frigidorum maiorum scolopẽdrie succi boraginis succi pomorum redolentium acetosorum añ. ℥. iij. succi fumiterre. ℥. ij. ℔. bulliant in lib. vj. aque ad consumptionem tertie ptis: ⁊ cũ lib. ij. saccari fiat syrupus cũ. ℥. iij. aceti squillitici ⁊ clarificet ⁊ det de eo plus vel minus. vel. ℞. ex cõpositis syrupis viol. ℥. j. syrupi de fumoterre. ℥. ℔. aque buglosse. ℥. ij. aque fumiterre. ℥. j. misce. Ex solutiuis. ℞. reubarbari electi. ʒ. j. ℔. spice grana. v. infunde in aqua lactis ⁊ modico vini albi: stetq̃ p horas octo in ifusione: deinde exprime: cui expressioni addatur casie vel

tiana ex cholera aquosa seu citrina ⁊ phlegmate.

Solutiuum.

Cõfectiones aromaticé.

Trocisci.

Syrupi cõpositi.

Syrup⁹ mgrālis.

Solutiua.

Notatu dignum.

Cõfectiones.

Tertiana per admixtionẽ melãcholie.

Solutiua.

mane. ℥.j. extrahat casia cum aqua fumiterre boraginis endiuie añ. Confectiones ⁊ electuaria fabrica: vt verbi gratia. ℞. species electuarij de gemis. ℥.j. triasandalorum vel dyarodon. ℥.iij. ℔. saccari albi ℥.x. Qd si fuerit non naturalis p admixtionem cholere nigre abextra venientis: consimiliter operare ex parte simplicius vt verbi gratia. ℞. mellisse scolopendrie endiuie scariole: florũ boraginis. bugiosse: violarũ añ. ℥.j. radicus feniculi petrosilini. añ. ℥.j. ℔. liquiritie rosarum passularum añ. ℥.j. fiat decoctio: ⁊ cus lib. j. decoctionis ponant. ℥.iij. saccari. ⁊. ℥.ij. aceti: ⁊ fiat syrupus lõgus aut breuis: vt dictum est. Vel. ℞. syrupi violati acetosati. ℥.j. de fumoterre. ℥.℔: aquarũ scolopendrie bugiosse añ. ℥.j.℔. De solutiuo. ℞. casie aut mane. ℥.j. diasene. ℥.℔. vel electuarij hamech. ℥.j.℔. cum aquis conuenientibus: ⁊ da vt supra.

De tertiana que fit p admixtionẽ cholere nigre abextra veniẽtis.

Amphemerini febris cognitio a nostris quotidiana appellatur. Caput.iiij.

Ex traditione grecorum ⁊ latinorum.

Amphemerinꝰ febris vocitata est: q̃ diei noctisq̃ spatia aliqua obtineat. in naturis magis pituitosis residet: ⁊ hiberno tempore: ⁊ in statibus humidioribus ⁊ frigidioribus: senesq̃ ⁊ pueros magis infestat propter edacitates. ⁊ precipue in humidis frigidisq̃ locis degentibus: ⁊ vitis segnibus cũ saturitate: ⁊ magis cũ in cibis continue sese lauerint: ac multo magis cũ ipsa ciba ria natura suapte sunt magis pituitosa: ⁊ mãifesto inordinata. Febris igit non cum rhigore statim primo die inuadit: sed frigidita te circũcepti magis difficilem calorem habent. In pulsibus autẽ manifesta inordinatio: ⁊ inequalitas considet in paroxismi inuasione: presertim motus crassitudo: ⁊ ipsis non est vehemẽtia: neq̃ lãguentes hec exurit febris: neq̃ in densum cogit respirare: neq̃ suffiare: seu frigus exquirere. Verũ hmõi febres neutiq̃ siticulose sũt sed vomentibus pituitose: ⁊ quecũq̃ per ventrẽ ipsis inferne exinaniunt frigidiora: ⁊ pallidiora sunt crudiora: ⁊ magis aquosa fere sese pferunt primis diebus: hi neutiq̃ sudant: neq̃ ad pfectã a cõflagratione imunitatẽ peruenũt: eorꝫ color albus: vrine albe ⁊ tenues primis eminguntꝰ diebus: post tũ crasse: tũ turbide: is hũor quotidie paroxismũ suscitat. Cõquiescit aũt a cõflagratione imunis ppetuo horis decem ⁊ octo: nec multo secus: ⁊ pinde amphemerinus est vocitata: q̃ diei noctisq̃ spatia aliqua obtineat. Curantes amphemerinum oximelle vtimur post primos dies: ⁊ qui

possunt bene vinas aduertere: ⁊ vniuersa victus species sit secabilior. puidendũ aũt est vẽtri circa vigorẽ: precipue ori vẽtris cauẽdũ: deinde euomendũ a cibis ⁊ radiculis: ⁊ pituitã exhauriẽtibꝫ vtendũ adminiculis. Cetera vero victus sunt ad cões reliciẽda intentões: victu: vt vtamur tenuanti: ⁊ medicaminibus secantibus.

Ex traditione penorum ⁊ arabum.

Qua febris phlegmatica de materia nascitur frigida ⁊ humida. Nam phlegma naturaliter est frigidũ ⁊ humidũ: necesse est vt hec febris curetꝰ cum rebus grosso rum humor attenuatiuis. Sed tũ q̃ phlegma diuerso modo est: q̃ quedã species phlegmatis ẽ grossior ⁊ frigidior naturali: ⁊ quedam calidior: necesse est cus materia est frigidior dari plus eas attenuantia: q̃ cum fuerit calidior. Unde medicum oportet inuestigare: vt certissime cognoscat qũo eas debeat curare: ⁊ faciat hoc ꝑm oppositionem qualitatum. Res enis subtiliantes ⁊ attenuãtes diuerso sunt modo in qualitate: q̃ est phlegma frigidum ⁊ humidũ: ⁊ hec species est naturalis: que est de colamenti sanguinis aquositate. proinde sanguis non perfecte coctus. vel digestus est phlegma. Est ⁊ phlegma frigidius ⁊ grossius qd̃ dr̃ acetosum: qd̃ significat frigiditatẽ sanguini dñantẽ. Est ⁊ aliud calidius ⁊ leui ꝰ sicut salsum: qd̃ ofidit calorẽ aquositati sanguinis dñari. Similiter ⁊ attenuatiua diuersa sunt: quia quedã cũ nimio calore ⁊ incẽsione sunt attenuatiua: sicut radices origani calamenti zinziber ⁊ silia. Sũt ⁊ q̃dã q̃ attenuãt absq̃ calore ⁊ frigore: quẽadmodũ maratrũ luptmũ apium ⁊ silia. Sunt ⁊ alia attenuatiua ⁊ acutum calorem extinguentia: sicut ptisanum: orizaccara: ⁊ his silia. Auicẽna. Febris phlegmatica nõ est ex materia que faciat punctionẽ: ita vt sit cã rhigoris in via exp̃sionis. eius namq̃ putredo est rei lenis. In febre phlehmatica ex vitreo humore fit frigus pp illud qd̃ non putruit. ⁊ horripilatio propter illud qd̃ iã putruit: ⁊ maius eius frigus ⁊ ipsius rhigor insunt piodis status. Et multotiẽs incipit cũ syncopi: ⁊ fit. s. syncopis pp debilitatẽ oris stomachi: ⁊ casum appetitus ⁊ priuationẽ istimbre. i. digestionis que est fundamentus materie nutrimenti ⁊ virtutis. Illam aũt que fit ex phlehmate salso sequitꝰ horripilatio. ⁊ non fit vehemẽs frigus eius. In hac febre diuersificatꝰ eius passio a caliditate: scz in sensu tactus: sicut accidit in reliquijs viscosis cũ bullũt: ipsa enĩ disrumpuntꝰ in q̃busdã locis: ⁊ in quibusdã non. Et febres quidem phlegmatis sunt multe oppilationis: ⁊ sudoris pauci: ⁊ cus sudare facit est res non exuberans. Et sitis q̃dem minoratꝰ in febribus phlegmaticis ꝑpter causam salsedinis

Isaac filius salomonis li. v. febrius de cura quotidiane.

Auic. sen prima q̃rti canonis de febre phlegmatica.

Et significant eam vt sit paroxismus eius.xviij.horis: ⁊ dimissio eius.vj.horis:⁊ non est dimissio eius munda:quoniaꝫ materia cũ multitudine ⁊ viscositate est multa.Minor horarum sui principij ꝑm plurimum est.xviij.dieruꝫ:⁊ eius eradicatio in pluribus est intra.xliiij.dies:aliqui hñt intra.lxiiij.Saluior eaꝫ est illa: que est mundoꝫ temporum:⁊ precipue illa que est multi sudoris: significat enim subtilitatẽ materiei ⁊ paucitatẽ eius ⁊ raritatem corporis. ¶Rasis.Accidit aũt hec febris sepius pueris:⁊ mulieribus: ⁊ eunuchis:⁊ corpora habentibus humida:⁊ eis qui multum comedunt:⁊ parum euacuantur:⁊ parum exercitantur:⁊ in temporibus:⁊ in regionibus frigidis ⁊ humidis.Urina vero in hac febre alba est ⁊ subtilis:aut rubea ⁊ spissa ⁊ turbida. Et ꝑm'maius in principio est in prima dispositiõe:sed postea succedente tempore in aliam mutatur dispositionem. Eiusqꝫ interpolatio in pluribus in recessione diei contingit:⁊ iuxta noctem.Neqꝫ cum sudore separatur:⁊ precipue in primis diebus. Sudor ⁊ si cum ea fuerit: erit paucus ⁊ viscosus.De vomitu vero ita sit vt res se habuerit. Eger vero non est fatigandus:vt hoc modo omnino mundificetur.⁊ vt prorsus inuestigetur.Ex medicamine quod fit ex turbith quaqꝫ nocte est ei danduꝫ:quod.℞.turbith fricati ⁊ cribellati cũ panno sericino.ʒ.x.masticis zinziberis:amboruꝫ añ.ʒ.j.zuccari q̃tum de omnibus.Ex hoc quaqꝫ nocte pondus aurei vnius in potu detur:nisi venter a natura bis aut amplius inter diem ⁊ noctem soluatur.Nutriendus vero est eger ex aceto ⁊ oleo abluto:⁊ zuccaro ⁊ pauca menta:⁊ ex oleribus huic similibus.q̃ si egri virtus debilitata fuerit:pulli assati:⁊ preparati in patella dentur: ⁊ separentur a iure ⁊ micis.Et obseruandum est ne aquam frigidaꝫ patiens in hac febre bibat:neqꝫ aliquid eorum que ei similia sunt: ex rebus frigidis.Et hoc si neglexerit febris fiet longissima.¶Constantinus.Significatio quotidiane febris:aut de re naturali:aut non naturali:aut extra naturam est.De re naturali sicut si complexio infirmi frigida ⁊ humida sit:⁊ sibi dominetur phlegma.Etas eius:aut puericia:aut senium.Puericia propter gulositatem.Senium propter multitudinem phlegmatis in corpore eorum.De nõ naturali cum infirmus in sanitate sua gulosus:multuꝫ quiescens piger:sepe balneans post cibum. De re extra naturam cum infirmus sentit dolorem in ore stomachi ⁊ humiditatem in lingua: inflationem in latere mutato colore:sitis parua:rhigorem ⁊ frigus nimium habet in extremitate corporis ⁊ diu.Cum autem tangas corpus in hora accessionis: non apparet calor nisi cum moratur manus.Habet enim calor humiditatem propter phlegma:paruꝫ

Ras.x.ad almansorem.c.vij.

Cõstantinus li.vij pantegni de significatione putredinis febrium.

acutus est propter putredinẽ:aliqñ sudans parum:aliqñ non.

¶Ex traditione auctorum recentium.

Febris amphimerina que quotidiana dicit: de putredine humorũ phlegmaticoꝫ nascitur.Phlegma eñ si complexiõi corporis dñetur:aut putrefit: aut non.Nam putrefactũ aut est in toto corpore:aut in parte.Si fuerit in toto corpore: generat aut ypo-sarcam:aut frigiditatem cõtinuam sine febre.Causa huius diuersitatis est fortitudo et defectio mẽbroꝫ: qꝛ mẽbra cũ fuerint fortia:expellũt paulatim illud phlegma: nec dimittũt illud coadunari:vt yposarca generet.Qd̃ si fuerint defecta:coadunatur in corpore:vnde yposarca nascitur.Si autẽ fuerit in vno loco:facit humidũ apostema:qd̃ zimia nũcupatur.Si autem fuerit putrefactũ:aut est in toto corpore:aut in vno membro. Si est in vno mẽbro generat vulnera aut pustulas:de q̃bus humores sanosi fluunt et aquosi.Si fuerit in toto corpore:aut est intra vasa aut extra.Si est intrinsecus: generat quotidianã continuam sine rhigore.Si est extrinsecus generat quotidianam cum interpolatione.Quam tribus modis intelligimꝰ vt superiꝰ dictum est auctoritate constantini:sicut etiã de tertiana dicit.scz re naturali: nõ naturali:et re extra naturã.Res naturalis est etas cõplexio.Non naturalis est tempus regio aer et artificiuꝫ infirmi.Res extra naturã sunt accidentia que ex hac febre generant: que sunt infirmo accidentia medico vero significationes.Habet etiã hec febris proprietates que sunt ab ea inseparabiles:scz dolor stomachi: et splenis.Sed tamen maior est in stomacho. Proinde patiens euomit phlegma et facies eius fit tumida:et mutat in liuidum au plũbeũ colorem.Os eius semper est humidũ et insipidũ:nec vllã patiunt sitim:et si in statu sitierũt:fit modica que sitis nõ est ꝓpter phlegmaticã materiã:sed accidẽtaliter ꝓpter calorem phlegma putrefacientem:sicut eis qui pisces et melones comederũt:hec eñ cibaria si calorẽ esse in stomacho accumulatũ inuenerint:cito in eiꝰ naturam conuertũtur:et sitim generãt:quia naturaliter sunt conuertibilia.Quod si vltimitas caloris in vnaquaqꝫ febre venerit: mutatur eiꝰ facies in citrinitatẽ:vrina fit rubea:et pulsus fortis. hec sunt ꝓpter calorẽ phlegma putrefacientẽ: cessante q̃si calore conuertit facies eius in plumbeũ et albũ colorem:⁊ vrina in albedinẽ et cruditatem.Causa qꝛ materia est cruda.pulsus eius fit latus: tardus diuersus et debilis.Latitudo propter abũdãtiã et humiditatẽ materie.Defectio et tarditas propter paruitatem caloris

naturalis. Diuersitas eius q̃ natura aliqñ materie dominat vnde pulsum facit fortē. ⁊ aliqñ materia nature dominat vnde pulsus fit debilis. Veniēte autē morbo ad finē ⁊ materia digesta: fit vrina digesta ⁊ rubea ⁊ turbida: ⁊ significat propinquitatē crisis.

Dubitatio notabilis cuz rñsione.

Quod si aliqui nos reprehenderint dicētes: si natura febris est calida ⁊ sicca: ⁊ phlegma est frigidum ⁊ humidum: quomodo ex eo phlegmate febris nascitur: Respōdeo q̃ nō dicim⁹ febrē de phlegmate generari ꝓm suā naturā propriā existentē: sed dicim⁹ q̃ oīs materia phlegmatica aut cholerica aut melācholica cuz putrefit bullit ⁊ calefit vnde febris generat: que si nō putrefit: febrē nullo modo facit: lz naturaliter sit calida. Hoc ꝯo testificat per ꝯctericiam: que nascit de cholera rubea mixta cū sanguine per totū corpus: ⁊ tñ patiēs nullā febrē patitur: q̃ cholera nō est putrefacta. Palā ergo intelligim⁹ q̃ phlegma nō generat febrez naturaliter: sed ꝓpter sui bullitionē de putredine procedentē. verbi gra. aqua calida incēdit: nō ꝓpter sui naturā: sed ꝓpter calorē quē ab igne suscipit. Veniēdo igitur ad curā si phlegma intelligit esse frigid⁹ ⁊ grossius: medicet cum calida ⁊ humectatiua medicina. Si vero phlegma fuerit calidius ⁊ lenius: curetur in initio cum extenuatiuis ⁊ refrigeratiuis. Febre autē mitigari incipiēte: patiens curet cum re extenuatiua: ⁊ nō calefactiua: aut aliquāti calorisactiua: q̃ si data fuerint refrigeratiua calore febris decrescente timemus ne materia indurat ⁊ ingrossetur. phlegma eñ lz calefiat accidētaliter: naturaliter tñ recipit cito frigiditatē ⁊ humiditatē. Item si calidas medicinas assuefaciamus: augmentatur materia plusq̃ fuerat prius: q̃ si calorē ꝓsumat frigidū suscepit: quāto magis est paratū ad suscipiendū calorē cū accidētaliter sit calidus. proinde necesse est vt sit medicina mediocris idest attenuans sine calore: aut cū modico calore: ⁊ hoc fiat ab initio: vsq̃dū materia fuerit digesta. Cūq̃ si gnū coctionis in vrina alijsve locis apparuerit: festinari oportet ad expellendū materiā extrinsecus: hoc eñ si neglexerit: timendū est ne materia ingrossetur ⁊ indurat: q̃ sicca est ei⁹ natura. Signū etiā coctionis si non apparuerit in vrina: quemadmodū si cruda appareat: ⁊ alia signa monstrēt motā esse materiā ne credatur vrine. Possibile eñ est vt cruditas vrine fiat ex cibi et potus inordinatione: vnde nec tuā actionē dimittas ꝓpter vrinā: sed purga materiā cum ventris solutione post digestionem ꝓm q̃ oportet. Ex cōpositis vsualib⁹ in febre phlegmatica ex phlegmate dulci. ℞. syrupi acetosi simplicis. ℥.j.ℸ. aque fluuialis cocte. ℥.iij. saccari ℥.j.ℸ. Trāseo ad fortius: da orimellis. ℥.j. aque feniculi. ℥.iij. Item viterius ad fortius: da acetosi de duabus radicib⁹

De cura quotidiane febris

Digestiua materie phlegmatice.

cum aqua feniculi vt dosatū est. Et ad fortius: da syrupū acetosum de quinq̃ radicibus: vel syrupum de bizantijs cū aqua eupatorij: ⁊ cum aqua absinthij ⁊ huiusmodi: ita q̃ semper a debili ad forte: ⁊ sic procedas dādo ipsa digestiua de quinq̃ vel sex diebus in sex dies: ⁊ aliquādo intercipe tempus vt natura quiescat a gravamine medicaminū ⁊ vt videatur quid operabit natura non impedita ab ipsis medicinis. Si cupis digestiuuz magistrale fac sic. ℞. eupatorij absinthij bedeguar. añ. ℥.j. radicum feniculi apij: liquiritie passularū. añ. ℥.ℸ. rosarū amcos. añ. ℥.iij. seminis endiuie feniculi. añ. ℥.ij. bulliant in libris quattuor aque vsq̃ ad consumptionem medietatis: et cum libra vna mellis dispumati fiat syrupus: ⁊ maxime in hyeme: estate fac cum saccaro albo. Et hic attende q̃ ipsum est forte ⁊ conueniens in fine. Materia digesta. ℞. agarici turbith. añ. ℥.j. spice salis gemme. añ. grana quattuor: zinziberis. ℥.ℸ. infundatur in aqua mellis: deinde sufficienter exprimantur: in qua aqua dissolue casie aut māne. ℥.j. Ordinatur confectio de turbith hoc modo in casu commendata. ℞. zinziberis. ℥.iij. galange piperis longi. añ. ℥ ij. macis croci. añ. ℥.ℸ. turbith gummosi et electi ℥.xij. saccari albissimi librā vnaz et cum aqua absinthij: et paucovino citoniorum fiat confectio solida: de qua capiat morsellum. dosis. ℥.iij. Ex confectionibus conueniūt. ℞. specierū aromatici rosati. ℥.j. diarodō abbatis. ℥.ℸ. gemmarū electuarij de gemmis. ℥.iij. saccari albissimi. ℥.v. fiat confectio solida cum aqua absinthij. de qua capiat morsellum vnum per horam ante pastum mane ⁊ sero. Electuarium ordina sic. ℞. saccari borraginati: buglossati: violati. añ. ℥.iiij. pulueris anthos. ℥.j. specierum aromatici rosati. ℥.j.ℸ. diarodon. ℥.j. specierum electuarij de gemmis. ℥.ℸ. confice et de aura de quo dabis vt de confectione dictum est. Ex trocisicis specierū. ℞. diarodō cinamomi electi. añ. ℥.ij. incorporētur cum succo eupatorij: ⁊ quia puluerizati non sunt in vsu: da eos in forma pilularum: et ex eisdem potes cum saccaro confectionē facere. Laudantur etiam trocisci de rosis: quoniam sunt stomachi confortatiui. Ad extra stomachū inunge. vt. ℞. olei masticis. ℥.j. nardini siue de spica. ℥.ℸ. de absinthio. ℥.j. pulueris gariofilorum. ℥.ℸ. ligni aloes. ℥.ij. coralloū rubeorꝯ. ℥.j. coriandroū preparato. ℥.ℸ. pulueris rosarū. ℥.j. aceti nigri parum: ⁊ cum cera fac vnguentum. Ex expertis puluis vnius folij pentafilon cum vno grano piperis: cū vino potāti datum ante accessionē per horā: quod tempus semper intellige de similibus datis. Sinapis tritum cum hydromelle datum quotidianam tollit. materiam in fumum convertendo. Idem operatur tyriaca cuz aqua calida exhibita ante

Syrup⁹ magistralis in feb. quotidiana.

Solutiuū in ãti diana.

Confectio de turbith.

Confectio singularis.

Electuariū cōuenens.

Trocisci in quotidiana.

Emperica i quotidiana febre.

horam accessionis per horas duas: ⁊ hoc de quarto in quartum precedētib⁹ euacuationib⁹. Alchif ⁊ra febrē de phlegmate dulci vel naturali. ℞. succi fumiterre. ℥.j. agarici. ʒ.ß. succi feniculi. ℥.j. detur ante accessionē per tres horas: ⁊ liberabitur erger. Si autē fuerit quotidiana periodica ex phlegmate salso fac que sequunt. Ex digestiuis magistralib⁹. ℞. endiuie scariole buglosse. añ. ℳ.j. radicum feniculi apij. añ. ℳ.ß. floꝝ buglosse violarū boraginis. añ. ℳ.j. semi. frigidorū. ℥.j. liquiritie passularū. añ. ℥.iij. anisi feniculi. añ. ℥.ij. fiat decoctio in lib. iiij. aque vsq̃ ad consumptionē medietatis. deinde cum lib.j. saccari albi⁊ media mellis fiat syrupus de quo dabis. ℥.j. cum aque endiuie. ℥.j.ß. buglosse. ℥.j. Ex solutiuis. ℞. violarū. ℳ.ß. passularū. ℥.ß. radicū feniculi. ʒ.ij. fiat ex his decoctio cum aqua cū qua extrahe casie. ℥.ß. diafiniconis: vel electuarij indi. ʒ.j. vel cum dicta decoctione da diafiniconis. ʒ.iij. vel reubarbari aut turbith. ℈.ij. zinziberis spice. añ. ℈.ß. ⁊ infunde reubarbarum in vino subtili per noctē cum ipsa spica: ⁊ cuꝝ decoctione precedenti ⁊ casie. ℥.j. et electuarij de succo rosarū. ℈.ij. da. Ex confectionibus conueniūt manusxpi perlatū cum modico sandalorum factū. Item. ℞. corallorū rubeorū. ʒ.j. cinamomi. ℈.iiij. margaritarum. ʒ.ß. sandalorū rubeorū. ℈.j. ligni aloes macis. añ. ℈.ß. saccari albissimi. ℥.viij. fiat confectio in morsellis: cum aqua rosata: de qua accipiat vt in precedenti rubrica: vel ex speciebus dyarodon abbatis et electuarij de gemmis: aut aromatici rosati fiat confectio. Electuariū fiat ex saccaro rosato violato buglossato. añ. ℥.ij.ß. manuschristi perlato dyarodon abbatis. añ. ʒ.x. specierum electuarij de gemmis. ℥.ß. deauretur. Ex trociscis qui tamē non sunt multū in vsu. ℞. trociscorū de eupatorio trociscorum de spodio. añ. confice cum iulep viola. et da vt in precedenti rubrica. De cura phlegmatice periodice ex phlegmate muscilaginoso ⁊ vitreo et aquoso. Ex compositis vsualibus digestiuis in tali febre. ℞. mellis rosati colati. ℥.j. syrupi acetosi simplicis. ℥.ß. aquarum feniculi buglosse. añ. ℥.j.ß. Et ex isto transeas ad fortius gradando vt predictū est. Magistrale. ℞. radicū sparagi brusci feniculi. añ. ℥.j. melisse buglosse. añ. ℳ.j. semi. anisi feniculi. añ. ℥.j. ameos. ℥.ß. passularū. ℥.iiij. et cum quattuor libris aque fiat decoctio ad consumptionē medietatis. deinde cum lib.j. mellis ⁊. ℥.iiij. aceti fiat syrupus in hyeme: in estate cum succaro. et fac acetosius ⁊ minus vt videat. ⁊ valet iam digesta materia. In principio fac cum minus aperitiuis. vnde vide conditiones digestiui in hac materia attendendas in primis capitulis superius adductis. Ex solutiuis habes pilulas ⁊ alia vt per te scire debes. Ex magistralibus. ℞.

Alchif cōtra q̃tidianam.

Amphimerina ex phlegmate salso.

Solutiuū phlegmatis.

De cura q̃tidiane ex phlegmate muscilaginoso: vitreo ⁊ aquoso.

Syrup⁹ magistralis.

puluerisi hierepigre. ʒ.iij. agarici turbith. añ. ʒ.j. spice zinziberis salis gēme. añ. grana. vj. informenk cum oximelle. et in hoc casu agaricus est medicina propria. Et cōfectiones cōueniūt vt in phlegmate dulci dictum est: que adhuc eleuabis in gradu caliditatis magis quoniā phlegma vitreū est frigidius dulci. De vnguentis vide per teipsum. De cura phlegmatice periodice permixte. Secundū cōpositionē humoris cōpone simplicia. Unde ex vsualibus digestiuis. ℞. mellis rosati colati. ℥.j. syrupi acetosi simplicis. ℥.ß. aq̃ zuccarate. ℥.j. aq̃ feniculi. ℥.iij. Ex solutiuis. ℞. casie. ℥.j. turbith. ʒ.j. extrahatur cum decoctione tamarindorū: capillorum veneris passularū ⁊ liquiritie. Et confectionem ordina. ℞. cinamomi. ℈.ij. sandali rubei. ℈.j.ß. margaritarū. ʒ.ß. zuccari lib.j. fac cū aqua buglosse boraginis ⁊ feniculi. añ. Electuariū ordina. ℞. zuccari boraginis manuschristi perlati. añ. ℥.ij. specierū electuarij de gēmis. ʒ.ß. corallorū rubeorū. ℈.ß. syrupi de citro quantū sufficit ⁊ deaura. Ex trociscis ⁊ alijs ordina vt de phlegmate salso. Digestiuū vsuale saltez in principio. ℞. oximellis simplicis. ℥.j.ß. mellis rosati colati. ℥.ß. aque buglosse aque feniculi aque zuccarate. añ. ℥.j. Solutiuum. ℞. pilularū indarū. ʒ.ß. pilularū de turbith. ʒ.j. incorporentur cum oximelle simplici ⁊ da vsq̃ ad. v. Transferas te deinde ad syrupū fortiorē. et si vis magistralē. ℞. radicū quinq̃. añ. ʒ.ij. capillorū veneris ysopi. añ ʒ.j. scolopendrie endiuie cicoree buglosse. añ. ʒ.ij. fiat decoctio ⁊ in fine adde epithimi. ʒ.ij. sed cola. deinde cum zuccaro syrupiza ⁊ aromatiza cū cinamomo ⁊ maxime estate: hyeme vo potes syrupū cum melle facere. Solutiuū magistrale. ℞. liquiritie passularū capillorū veneris polipodij thimi epithimi fiat decoctio: et cum aqua extrahank. ʒ.vj. casie aut māne: quibus addas agarici. ʒ.j. turbith. ʒ.ß. zinziberis. ℈.ß. salis gēme grana. vj. Ex confectionibus cōuenit. ℞. specierū diarodon abbatis. ʒ.j. specierū electuarij de gemmis. ℈.ij. zuccari. ℥.x. fiat cum aqua feniculi buglosse. añ. Electuariū videlicet de gēmis. ℞. zuccari buglossati boraginati. añ. ℥.iiij. specierum cōfectionis de gēmis: vel diamusci vel aromatici rosati. ʒ.j.ß. diarodō abbatis. ʒ.ß. deaura.

Cura febris periodice permixte.

Solutiuum.

Confectio.

Digestiuum.

Pilule.

Syrup⁹ magistralis.

cōfectio.

Electuarium.

De hemitriteo. Caput. v.

Ex traditione grecorum ⁊ latinorum.

Et vbi id genus tertiane est: quod hemitriteon medici appellāt: magna cura opus est: ne id fallat. Habet enī (vt celso placet) plerūq̃ frequētiores accessiōes decessionesq̃: vt aliud morbi genus videri possit: porrigitq̃ febris inter horas viginti quattuor et trigintaex: vt qd̄

Curatio semitertiane febris que hemitriteos vr.

idem est: nō idē esse videat. Febris hec mixta est tabida: putridaq; pituita cum amara bili tabida cōposita ex vtriusq;. Amphemerino quidem cum frigiditate ingrediēte: tertiana ꝯo cū rhigore mixta ex vtraq; horrore incutit: rhigore quidem minus aliquatenus habente. Maius autem circū ingruente frigore: quibus mixtis nihil est extremū maximūq;. Eius autē ortus modus est duplex: vel cōuenientibus duobus in vnū paroxismis statim a principio mixtis inuicē ambobus, vel singulis per se. Cum igitur tertiana dominatur horridior est febris: tametsi rhigoris significationes admittit: statim aūt hec calidior: ⁊ bilis vomitu: vel sepatione leuat. At pituita affluente dominat extremis frigiditas. Exigui autē horrores: neq; sitibūdi sunt: neq; estuosi: cum autē magnitudine pares exiterint: cum deficit tertiana ⁊ continua amphemerina: inuasio paroxismi cum horrore efficitur. Cum ꝯo pituite tēpus imperiuz exhibet: ūstole fiunt: ⁊ horrores. Cum bilis dominat cōglobatim concalescūt: atq; is est sincerus hemitriteus ex imbecilli temperamento duarū factus febrium: tertiana deficiente: et amphemerina continua. at non integer hemitriteus vel biliosum humorē multum possidet: vel pituitosum. Ex ambobus itaq; iā dictis humoribus cum febris hemitriteus cōstet mixtā caliditatē habeat opus est: ꝓinde cura erit cōposita ex iā dicta tertiana ⁊ amphemerino.

¶ Ex traditione penorum ⁊ arabum.

Ysaac libro.v. febrium de hemitriteo.

Hemitriteus nascitur de materia cholerica extra vasa existente: ⁊ phlegmatica intra vasa: que vtraq; in qualitate est equalis: vnde hippocrates in primo libro epidimie. Hemitriteus incipit non dimittit: qd bene dixit qz vna suarū materierū est intra vasa. Materia enī cum fuerit intra vasa: non quiescit patiens: qz non habet interpolationem: cuius fuerint interpolate naturaliter: ⁊ hec febris de duab⁹ nascitur extraneis materijs: scz phlegmate ⁊ cholera: fit in die tertiane accidentis significatio cōmixta: ⁊ molestatio: febris valida: qz molestatio est de duab⁹ febribus cōtrarijs. In die autē amphemerini signa simplicia apparent ⁊ molestatio febris mollior et leuior: qz vnius febris est. ¶ Auicenna. Hemitriteus est febris conposita cū duab⁹ febrib⁹: quarū vna est tertiana ⁊ altera est phlegmatica: ⁊ fit in die vno paroxism⁹ tertiane ⁊ quotidiane simul: aut ꝑm semitā coalternatiōis aut cōitatis aut introit⁹: ⁊ pria est difficilior ad cognoscendū deinde scda. Et fortasse extēdit hemitrite⁹ lōgo tēpore. scz vsq; ad septē mēses ⁊ supra. Et qñq; est de febrib⁹

Auicēna ẕ pria ẕrti canonis

magis interficientibus: quoniā perducit ad ethicā ⁊ egritudines chronicas difficiles. Et ex hac que ei⁹ hemitriteus corpus nō mūdificatur integre. Absinthiū iuuat ad rectificādum materiā ⁊ maturādum ipsam et succurrēdum nocumētis ei⁹ post septē ⁊ appitionē digestionis: et cū festinatur cū eo mouet humores: ⁊ nō euacuat eos. Cū sumitur scz ante facit accidere angustiā ⁊ tristiciam et nauleā: deinde reuertitur sup eos cum sua caliditate: ⁊ exiccat eos et cum sua stipticitate facit eos pigros. Ponit hic auicēna de eo qui contradixit galeno: qz galenus dabat in cura hemitritei aquā ordei cum pipere ⁊ reprehendit eum. ¶ Serapio. Hemitriteus est trium specierū. Quod est: qz aut vincit sup eā cholera citrina pura: aut phlegma: aut sunt cū equalitate. Et hec quidem febris est in die prima vehemēs: ⁊ in secunda est quieta. Et causa in illo est: qz sunt in die primo due febres: scz illa que est ex cholera citrina: et illa que est ex phlegmate: ⁊ in secunda illa que fit ex phegmate tātum. Et curatio huius febris est ꝑm quātitatem humoris vincētis in ea. Quod si vincāt duo humores facientes eum simul cum equalitate.

Serapio vj. breuiarij. ca. xvj.

¶ Ex traditione recentium auctorum.

Hemitriteus omnis fit ex cholera putrefacta intra: vel extra: vel ex alio humore vt ex phlegmate. vl̄ melancholia. Sunt aūt hemitritei tres: minor: medius: maior. Minor fit ex cholera putrefacta intus: cum phlegmate extra. Medi⁹ ex phlegmate intus ⁊ cholera extra. Maior de cholera intra ⁊ melācholia extra. In omni nāq; hemitriteo ille humor putrefit extra vasa: qui est materia illi⁹ interpolate: cui cōiūgitur. Inde est q ī minori hemitriteo qui quotidiane assimilatur: phlegma putrefit extra vnde quotidie fit paroxism⁹ ⁊ cū tipo. In medio q assimilatur tertiane putrefit cholera extra. In maiori qui quartane ꝓiūgitur: putrefit melancholia extra. Qd si quidā nos reprehenderint et dicāt. Si hemitriteus est de duabus composita febribus: id est amphimerino ⁊ tertiana: et amphimerinus palā in ea apparet: eiusq; significationes apparent: quare accepit nomē a tertiana: ⁊ nō ab amphimerino: Respondeo: qz amphimerinus aperte apparet sensui non est sibi necessitas vt et nomē impēdatur. Sed tertiana qz est omnino occulta si nomine careret: ⁊ ipsa omnimodo negaretur. Sed si iterū dixerit quomō possum⁹ cognoscere tertianā materiam vtrū sit extra vasa: et amphimerinū intra vasa. Dicim⁹: qz si frigiditas: q solita erat ī amphimerino venire nō appet: ⁊ rhigor tertiane apparet: intelligitur materia amphimerini intra vasa.

Preterea cuz hec febris quotidie accidat:cognoscimus eã phleg maticam habere materiam:que frigore caret:z rhigorem habet: noscimus ei cholericam materiam esse commixtam. Hemitrite⁹ qui de cholerica materia et phlegmatica est:necesse est vt sit curatio eius mediocris inter rem calefactiuam z refrigeratiuam. Et qz omnis commixtio aut est in potestate.aut in actu equalis aut vna est fortior altera:oportet vtraqz huius hemitritei materia aut sit equalis:aut inequalis. Si sit equalis:vera hemitritei curatio fit cum rebus attenuantibus z dissoluentibus nullũ calorem aut frigiditatem facientibus:sicut lupulo: maratri succo: mãna:viol.zuccaro ptisano cum oximelle. Quod si cholera fuerit maior fit facilior z leuior:quam curare decet cum rebus mũdificatiuis et modicum refrigeratiuis:sicut endiuia: maratro: viol. zuccaro mãna prunis:ptisano cum oxizaccara. Si aũt phlegma videtur dominari:fit hemitriteus molestior: tũc medicinetur cuz mũdificatiuis z dissolutiuis z aliquãtulum calefactiuis:quẽadmodum mellicratum cũ aqua calida:syrupo absinthij ptisano:in quo cocta fuerint radices apij:maratri:anetũ calamẽtũ. Oximel accipiãt z trociscos de ros.z trociscos de herbis oia cũ succo maratri z oximelle sumat:vel rosa cũ mastice:aniso maratro z aqua calida. Si videꝫ materiã attenuari z moueri vt egrediat:z signũ coctiõis in vrina apparuerit:dabis pharmaciã suauiter solutionẽ facientẽ. Et bonũ est si post cibũ vomitus ꝓuocetur:et diuretica tribuentur:sicut trocisci de absinthio:z de lacca cũ succo maratri endiuie z apij. Ex solutiuis conueniũt tales pilule. ℞. hierepicre calamenti.añ.ʒ.v.anisi:maratri:apij.añ.ʒ.iij.succi eupatorij: succi absinthij.añ.ʒ.ij. tẽpera cum succo fumiterre z fac pilulas. da potui.ʒ.ij.cum aqua calida. Alie ad idem valentes. ℞ .calamenti. ʒ.iij.hierepicre.ʒ.v.apij anisi maratri.añ.ʒ.j.ℏ.fac puluerẽ. tempera cũ succo apij:da ʒ.ij.cum tepida aqua. Tetrateus seu maior hemitriteus de chimo nascitur melãcholico. Cuius materia est aut putrefacta:aut non putrefacta. Non putrefacta aut est in toto corpore:aut in vno membro. Si fuerit in toto corpore: nigram generat yctericiã:que fit ex defectiõe splenis sanguinis fecem ab epate trahere nequeũtis. Quod si fuerit in vno membro: generat apostema durum quod vocatur sciros. Si fuerit putrefacta:aut est in toto corpore:aut in vno membro. Si fuerit in vno membro: facit cancrum membra corodens. Si est in toto corpore: aut est intra vasa:aut extra. Si est intrinsecus:facit quartanam sine rhigore:nec interpolatur. Si fuerit extrinsecus est cũ interpolatione et facit quartanam febrem de qua dicetur loco suo.

De quartane integre cognitione. Caput. vj.

Ex traditione grecorum et latinorum.

Quartana febris longe diuturnior tertianis est:tũ quia minus bilis habens estum afferentis:tum qz corpus amplius refrigescit:quod ab atra bile id superantis materie ꝓficiscitur:ac difficulter euellit: Nam cũ ea inter oẽs corporis humores lentissima et glutinosissima sit:diuturniores sedes constituit. Ex hypocrate de natura hois.

Quod aũt febres quartane atre bilis participes sint: hac re tibi patebit:q̃ homines autũnali potissimum tempore et in etate vigintiquinqz annorum vsqz ad quadragesimũquintum annũ:que ex omnibus etatibus maxime atra bile detinetur: corripiuntur quartanis:quibus autũnus inter alia omnia anni tempora expositissimus est. Quis igitur vltra citrave id tempus:ac eam etatẽ quartana accesserit:pro comperto habere debes hanc febrem minime diuturnam fore:nisi quid aliud homini officiat. Hec autem febris vt plurimum non statim a primo cum rhigore inuadit: sed quãdoqz ex aliis ex hoc lapsus est ab errãtibus:et que sine ordine dicuntur:in hãc ꝓcedẽti aũt gignitur rhigor.sensus autẽ languẽtibus nõ est compuncta et vellicata cute:sicut fit in tertianis sed refrigeratis:z vehementer perturbatis ad ossa vsqz: ita nãqz audias:qui ab ea teneãtur febri dicere:vt ossa quati:z caro tota videatur:pulsus autem exigui z hebetes:z tardi:z rari in significationũ sunt primordijs:vt in nulla alia affectione: accessu nãqz quartane ligata tibi videbitur arteria: z interi⁹ rapi z impediri: quo minus exurgat:quare tãetsi iuuenis fuerit egrot⁹ senectutis extreme motuz tamẽ imitatur arteria. Hã si spectes egrotãtis naturalem pulsum:vel in altero morbo in principio paroxismi aliud nõ expectabis:quo affirmes quartanã esse:que tamen primuz inuasit febris:nõ antea nãqz visa pulsus mutatio apparebit in raritatem:z tarditatem. Urina autem his in principio quidem alba: ac tenuis:z aquosa:vt pote penetrãs per materie crassitudinem: ꝓcedente aũt morbo iuxta ꝓportionem coloratio: efficitur :hypostasimqz crassam hz:sudorũqz cõsequitur multitudo iuxta vigoris accessum ipsius paroxismi. Ex cõsuetudine quartana febri citãtibus ꝓsero inquit Archigenes.z bituminis:z trifolij quãtuz sit drachma semis in cyathis quattuor mellicrati: miro quodam modo:ipsos etiã iuuat iudaicũ bitumen potũ lene cum vino mixtum quãtitate drachme:medicamine minime molesto:quo aqua medium. Ex archigene re

intercus lauatur. hedere corymbite folia quinq; cũ myrrha troglodytica fabe magnitudine dissoluta in acetabulo mellicrati dulcioris dantur: ⁊ castoreum potuz rhigores mitigat: ⁊ morbo suz carnis absumit: ⁊ cõcoctionib⁹ q̃ in venis oppitulat: segnesq; mot⁹ dimouet. Alexãdri remediũ tale est. Feruefactio scorpiuri: siue scorpioidis herbe mirifice ꝓdest. Facit ꝓpemodũ ad oẽs pota ante febris significationẽ. Iuuat nõ solũ rõne naturali: sed etiã per ventrem: ⁊ per vomitum educendo materiã. Ferũt etiã si quis a mento hirci pilos subtrahat: ⁊ eis languẽte vinciat: miro modo curatum iri. Aliud quo se vsum ait Aet⁹ ipsius Asclepiadis somnum faciẽs. Piperis longi myrrhe troglodytice: succi papaueris: castorei eque ex omnibus copinge: ⁊ vtitor prebens obolũ vel dimidium cum melle horis duabus ante significationem. Ex rufo. Que primordium a splene capiunt quartane febres sunt longiores: colore autem dinoscũtur: atq; incõcoctionibus: q̃q; non facile aluus deijciatur: splenisq; tumore: exq; sinistra magis iudicatur: periculũq; est ne diuturnitate homo in aqua inter cutem incidat. Cũ aũt ex iecoris inflãmatiõe est titillatio: vel dolor in dextro latere: suntq; albi coloris ⁊ aquosi toto corpore languẽtes: et vrine: que sandarache faciem habent: et subrufe: cũq; succẽdũtur tumor succedit dextri hypochõdrij: he sũt molestiores splenicis: ⁊ succũbũt: ⁊ infeste terminate magis periculosos morbos aqua intercute incidunt.

Quartanis ex alexandro simplex medicamen.

Quartanis ex Asclepiade ⁊ aetio medicamen. Ex rufo.

¶ Extradicione penorũ et arabum.

Constantinus. vij. viatici capi. v.

Ebris quartana de putrida cholera nigra nascit: que si sit intra vasa: generatur sine rhigore quartana: q̃ vocatur continua. Si extra vasa generatur interpolata. Vera autem quartana. xxiiij. horis tenet: ⁊ intermittit xlviij. Quedaz quartana de pura nascitur cholera nigra. que frigida est ⁊ sicca. Et iterũ alia est de cholera nigra: q̃ de incẽsionibus ⁊ aliorum humorz: sicut sang. ⁊ cholere rub. ⁊ phlegmatis: oportet vero suis ꝓprietatib⁹ vnãquãq; discerni. vt medicina sua singulis ordinet. ¶ Auicenna. Et plurimũ q̃dem quartana accidit insuccessione febrium putridarũ ꝓpter diuersitatem humorũ ex quib⁹ generatur. Et plurimũ quartane est periodica et minoraẽ casus quartane inseparabilis. Et saluior quartana est illa que non accidit ab apostemate aut alijs: et cuz qua nõ est apostema splenis: nã hoc multotiens ducit ad hydropisim et perniciem. Et quartana qua salua est: liberat ab egritudinib⁹ malis melãcholicis: sicut epilepsia: melancholia. et in eo est securitas a spasmo: qm̃ est humor siccus: ⁊ est ꝑm plurimum egritudo salua. Et si non accidit in ea error: nõ addit supra annum: et quãdoq; p-

Auicen. fen. pria quarti canonis.

durat. xlj. annis: ⁊ qõ est infra eos. Et que ex ea longa est: pducit ad hydropisim: ⁊ autũnus est inimicus q̃rtane. Et sudor in quartana est plurimus p cõparationẽ ad phlegmaticam: ⁊ non per cõparationẽ ad alias febres. Et necesse est vt phibeat in die paroxismi a comestione: ⁊ preciptat ieiunium: ⁊ prohibeat ab aqua frigida illa die. Est enz necessariũ reliq; diebus vti carne. Et scias q̃ aqua casei est bonũ vehiculũ et qõ administrat de virtutib⁹ medicinaz. ⁊ fortasse confert administratio eius solius qm̃ est calidi tas violenta. Si melancholia fuerit iuuabit cum phlebotomia ex basilica: ⁊ hoc genus velociter recipit curationem. Si dederis in potu ante digestionem tyriacã: ⁊ similia: cõpones quartanã cum quartana: ⁊ fortasse attrahes egritudines alias ⁊ ꝓprie ypheme. Inquit galenus sanaui gentẽ plurimã a quartana ita: dedi ei in potu post digestionem solutiuũ: deinde eis dedi in potu succum absinthij: ⁊ deinde tyriacam. ¶ Ysaac. Quartana cum interpolatione intelligitur tribus modis scz de re naturali: non naturali: ⁊ contra naturaz. De re naturali sic cognoscitur: qz plurime accidit quibus frigida ⁊ sicca dominatur complexio: cuius etas est senectus a. xxxvj. vsq; ad. xl. annos: maxime si fuerint calidi ⁊ sicci: venę eorum anguste ⁊ occulte: ⁊ aliquando fit calidas ⁊ siccas habentibus complexiones ⁊ quorum complexiones calide fuerint ⁊ sicce accidentaliter qz grossi chimi si fuerint in corpore calido ⁊ sicco clausi: si moriantur illi vincuntur ex corporis calore: eorumq; humiditas desiccatur ⁊ mutatur in choleram nigram. De re non naturali sic cognoscit. Nascit enim temporibus frigidis ⁊ siccis: eis qui frigida ⁊ sicca fuerint regione ⁊ aere simili modo existente. De re extra naturam sic cognoscitur: qz hec febris cum incipit: magnus patienti euenit dolor: ⁊ ossium fractura: qz frigiditas ⁊ grossities materie currit ad membra sensibilia aggrauãs multum membra frangit: ⁊ super ea longo moratur tempore propter suam grossitiem non cito vitur: que cum incipit vri: nimiruz facit calidum. Sed disturbat corpus ꝓpter materiam nature laborem facientẽ: ⁊ aliqũ materia nature dñante quiescit infirmus: ⁊ aliqũ morbus prestat nature nocumentum: vnde patiens molestatur. Et sicut tertiana proprie facit dolorez capitis: ⁊ amphimerinus dolorem stomachi: sic ⁊ quartanam proprie dolor ⁊ duritia splenis consequitur proprie. ¶ Serapio. Scias q̃ febris melancholica cognoscit ex rebus extra naturaz ꝑm hunc modũ. Qõ est qz precedit eã aduentus febriũ erraticaz ꝑm plurimũ: qm̃ humor faciẽs eaz non est nisi ex adustione humorz aliorz. Et fortasse incipit cum ledit splen ⁊ nõ attrahit sicut opz: remanet cholera nigra

Ysaac ii. v. febriuz

Serapio vj. breuiarij. c. xv.

ꝛ qñ multiplicatio fit ex comestionibus que generant choleraz ni gram: donec generetur nigra cholera super illud qđ possibile est spleni mundificare.

¶ Ex traditione auctorum recentium.

Quartana febris fit de melancholia dura ꝛ grossa respectu alioꝝ humoꝝ: ideo oportet medicum in ipsa inuestigare ꝛ considerare quattuor res: ꝛ ipsas preuidere. Quarum vna est: vt in initio non det rem multũ calidam: ne calefiat materia ꝛ due febres generentur: vna acuta ꝛ continua: alia interpolata: q̃bus ꝟtus patientis deficiat: ꝛ ipse patiens subeat ꝑiculũ: natura enim nõ est tante virtutis: vt possit morbi acumen eiusq̃ ꝓlixitatẽ tolerare. Scđa: ne consumat ac debile faciat corpus: cũ dieta subtili ꝛ nimia abstinẽtia. nã aliqñ subtilis dieta ducit patiẽtẽ ad ethicã ꝛ phtysiz. Tertia ne det refrigeratiua: ne cõgeleť materia ꝛ coaguleť vnde ĩdureť ꝛ moreť ad digerendũ ꝛ ad dissoluenduz: fiatq̃ causa prolixi morbi: ꝛ eius peruersitatis. Quarta ne cõfundat corpus cũ pharmacia ꝛ maxime in initio morbi priusq̃ materia morbi digeratur ꝛ sit obediẽs actioni nature. Sed oportet medicuz habere studiũ in sua actione: vt donet rem maturantẽ: ꝛ digerentẽ: ꝛ cito eijcientem: ꝛ ingeniet purgare materiã cũ leui vomitu. Studeat ẽt in regimine ꝛ cõfortatione epatis ꝛ splenis: qꝛ epar generat sanguinẽ ꝛ splen mũdificat eũ. Qđ si defecerit eũq̃ nõ purificauerit: ꝑmanet cõmixtus cũ putridis humoribus vñ putrefit ipse ꝛ incendiť. Splen aũt qꝛ trahit fecem ꝛ sanguinis turbiditatẽ: si defecerit: ꝑmanet fex in sanguine ꝛ corrũpiť: vñ idem sanguis putrefit ꝛ incẽdiť hac de cã. Quidam dant post tres euacuationes vinum decoctionis mẽte: mẽtastri cũ ꝑmixtione. ʒ. j. vl. ij. tyriace: ꝛ. ʒ. iiij. aque vite: ꝛ hoc per mediam horam ante accessionem: ꝛ vinum sit caliduz: ꝛ bene cooperiũt eos: ꝛ sic faciũt ter vel quater: vt vr̃ eis expedire: ꝛ sic eos liberant vt affirmant. Quidam idem operanť cũ aqua vite ꝛ puluere gariofiloꝝ. Quidam dant vinum purum aromaticum cu puluere gentiane calidũ ꝛ est secretũ. Item se. ypericonis cũ vino datũ quartanã soluit. Et tu scis ex positis supra ꝙ talia debẽt dari añ accessionez ꝑ vnam horam vel circa. Quidam predicator quartanarios oẽs curabat cũ hac recepta. ℞. floꝝ boraginis violarum añ. ʒ. j. sene thimi epithimi añ. ʒ. j. ß. myrobalanoꝝ citrinorum reubarbari electi añ. ʒ. ß. coquenda coquanť vsq̃ ad quartã. j. ꝛ post colentur: ꝛ iteruz coquantur omnia: ꝛ redigãtur ad. ʒ. ij. in fine decoctionis reubarbarum ponať: acuať cũ. ʒ. j. esule: dentur per vnam horam añ accessionẽ. Ipse cũ hac recepta vt asserebat oẽs curabat. Ista sunt emperica q̃zuis materiei melancholice ꝯueniant: ꝛ ipsaz euacuent. Digerať materia prius cũ oximelle simplici: postea cũ ꝯposito. Digerať ẽt cũ dyasene ꝛ dyacalamẽto. Deinde deť oximel squilliticũ. Puluis digerens melancholiam in quartana. ℞. gẽtiane enule yreos thimi zinziberis piretri eufrasie seminis vrtice camedreos memite fenugreci iunipe ri mente gãmi edere penidiaꝝ qđ sufficit ad dulcedinem in cibis vtať. Si sit delicatus euacueť materia cum tali syrupo laxatiuo. ℞ radicis feniculi petrosilij apij raphani thimi epithimi quercule maioris ꝛ minoris sene polipodij bulliant in aceto fortissimo ꝛ addito zinzibere fiat syrupus: qui qualibet die deť cũ aqua calida: vel cũ hac decoctione. ℞. feniculi apij petrosilij sparagi brusci cũ seminibus suis: in aqua bulliant ꝛ colature addať puluis lapidis lazuli. ʒ. j. myrobalanoꝝ citrinorũ. ʒ. j. ß. indorum. ʒ. j. stent ĩ nocte sub diuo: mane colatura detur cum zuccaro vel syrupo violꝛ. propter amaritudinem.

¶ De empialis ꝛ liparijs febribus. Caput. vij.

¶ Ex traditione grecorum ꝛ latinorum.

Pituitosi humoris est ꝓprie noĩata empialis febris: cũ simul febricitant: ꝛ rhigent: ꝛ vtrumq̃ sentiũt vno eodẽq̃ tpe in oĩ corporis ꝑte. Nã acuta pituita: ꝛ q̃ vitreosa dr̃ absq̃ febre quidẽ rhigorem infert. Si vero quedã tabida mediocriter ipsis insita sit: empialũ efficit febrim: sin plus putrescat: precedit quidem rhigor: consequiť vero febris exupata natura excessu caliditatis vt nõ appareat in excessu ꝛ vigore paroxismorum: fere ẽt vitreosa pituita acutam participat qualitatem. Cura vero ꝓpe modũ vt qui amphemerino egrotant magis secantem capiens moduz: hoc namq̃ obtineat peculiare. De empialis febribus.

¶ Ex traditione penorum ꝛ arabum.

Empiala est febris ex phlegmate vitreo: sed est comprehensuz in occulto ꝓfundo qđ infrigidať vbi est: verum ipsi iam accidit putredo: quare spargitur ex eo vapor eius: qđ cum putruit ꝛ dispargitur ꝛ inflãmatur in exterioribus: ꝛ illud quod non est putrefactũ: infrigidať in interioribus. Liparia est febris in qua occultatur calor: ꝛ apparet in ea frigus ꝛ ſm plurimuz est Auic. fen quarti canonis. prima.

phlegmatica: ⁊ qñq̃ est cholerica ex cholera grossa valde. Quo erit febris: ⁊ nõ pcedet caliditas ex corde in totũ corpus: Rñdeo q̃ attenditur vna conditio: scilicet vt non sit qd̃ phibeat sicut hic.

Serapio vj. breuiarij capi. xvij.

¶ Serapio. Scias q̃ phlegma vitreũ frigidum valde est iter species phlegmatis. Si aũt putrefit pars eius ⁊ nõ putrefit pars: accidit febris que nominat empialos: ⁊ ipsa quidẽ facit frigus interius ⁊ exterius calorem. Et febris empialos quidẽ: hec non pmanet multũ: qd̃ est: q̃ fortasse morat. xx. diebus: ⁊ fortasse addit super illud parum: ⁊ minuit. Et illa que dr liparia sicut dictum est a Galeno: est illa in qua ifrigidant extremitates mẽbrorũ: ⁊ qd̃ apparet ex corpore: ⁊ adurunt in ea pfundum corporis: ⁊ viscera cũ siti vehementi: ⁊ asperitate lingue: ⁊ pulsus paruus lenis. Et liparia quidẽ est cõtraria empialos: qd̃ est q̃ frigus in empialos ẽ interius: ⁊ infiãmatio exterius: ⁊ in liparia accidit contrarium illius. Et oportet vt solliciti simus in empialos ppte de stomacho scz cũ vomitu ⁊ potibus qui infrigidant ⁊ mundificant stomachũ ⁊ puocant vrinam: sicut aqua feniculi ⁊ apij cum gelentabin ⁊ secantabin.

Ysaac li. v. febriũ.

¶ Ysaac. Empialos que de vitreo nascit phlegmate: necesse est vt curet sicut Amphimerina. Sed tñ phlegma qd̃ est in empialos: q̃ est frigidius: opz fieri materiẽ calidiorem fm quod eius materia fuerit frigida. Sz decet ab initio incipi a medicinis que debiliter sunt calefacientes: donec eas natura assuescat. Deinde paulatim ad calidiores accedere: quousq̃ ad illam caloris q̃titatez veniant: in qua nostra fuit intentio. Plurimũ vero nostra intentio est in hac febre vt mundificetur stomachus cũ re purgatiua ⁊ colatiua. Purget ẽt materia p vomitum ⁊ vrinam cũ oximelle: ⁊ aqua calida in qua cocta sint spica anisum ⁊ similia. Quod si materia ceperit se mouere: ⁊ signum coctionis in vrina apparuerit: purgetur cum apozimate de fetida. Clystere fiat eis in quo intrauerit semen croci hortensis: centaurea: anetum: abrotanum: herba policaria: ameos bdellium: serapinum: coloquintida ⁊ his similia. Post purgationem nature hoc assuefaciant antidotũ: vbi asa ⁊ castoreum ponuntur: ⁊ pilulas in quibus eupatorium: mastix: absinthium: aristologia rotunda: spica: crocus ⁊ similia intrabunt. Dietaz accipiant que sit laxatiua ⁊ diuretica: sicut est ius ceris cũ obsomogaro: cimino ⁊ amygdaleõ: blitis: radicibus sparagi: ⁊ porris omnibus cocris ⁊ gobsomogaro conditis. potent oximel squilliticum cum aqua. Accipiant post cibum diaciminũ: dyatritonpipereon: dyacalamentũ: ⁊ similia. In liparios aũt: q̃ materia eius phlegma: cũ cholera mixtũ: dari opz minus calida: q̃ in empialos sicut mel rob. oxizaccaram: apozima de aloe ⁊ hie

rapicra: ⁊ oxizaccaram cum succo maratri: apij: masticis ⁊ his similibus.

¶ Ex traditione recentium auctorum. §. iij.

Phlegmata non naturalia sunt quattuor. Unum dulce: secundum salsum: tertium acetosum: quartum vitreum. Dulce vero vicinum est naturali: sed tamen modicum est calidum propter suaz dulcedinem. Nõ enim est aliud: nisi sanguis non perfecte coctus: proinde natura cuz naturali indiget phlegmate: habet dulce vice sanguinis: ⁊ digerit cum sanguine illud: ⁊ emollit cuz eo membrorum concatenationes: vt facile moueantur: facit etiaz illud expulsiue virtutis esse materiam. Salsum vero ⁊ acetosum sunt in stomacho. Causa enim eorum est: aut enim est calor extraneus complexioni naturali dominans: aut nimia frigiditas: quia phlegma naturale ad stomachum veniens ad augmentandam ⁊ confortandã expulsiuã virtutem: si extraneum in stomacho inuenerit calorem calefacit: ⁊ in salsum cõuertit. Qd̃ si extraneã ibi inuenerit frigiditatẽ: deficit calor naturalis: ⁊ sua augmẽtat frigiditas: vñ in acetositatẽ mutat. Causa enim salsitudinis duobus est modis: aut est putredo phlegma calefaciens naturale: illudq̃ cõuertens in aciditatẽ: vnde fit salsum: aut est nimius calor phlegmatis humiditatẽ desiccans: qua de re suã amittẽs saporositatem cõuertit in salsum. Phlegma aũt vitreũ grossissimũ ⁊ viscosissimuz est: q̃ cã eius est nimia frigiditas naturali dñans phlegmati vñ ingrossat: ⁊ fundus eius est quasi liq̃dum vitrũ. Proinde nõ ponit illud natura in regimẽto corporis pp eius duriciaz actioni nature inobedientẽ: vñ naturalis calor cũ ad illud deuenerit: neq̃t illud putrefacere: sed ptem eius q̃ facilior est putrefacit: ⁊ aliã putrefacere non valet. Ideoq̃ in febre empialos interiora corporis sunt calida ⁊ exteriora frigida. Qz pti phlegmatis interius exñti calor extraneus accidit: cui q̃ ipsa obedierat: putrefacit eam: ps aũt corporis exteriora habitãs: qñ illi non obedit calor non putrefit: sz in sua ꝓstat natura: vñ naturalr gñat frigiditatẽ. Febris aũt liparios cã est cholerica materia incẽsa mixta cuz vitreo phlegmate: aut cũ melãcholica materia: vñ conuertit ⁊ a natura cholere egreditur. Digestiuum vsuale in empialos saltez in principio ℞. oximellis simplicis. ℥. j. ℔. rob agreste. ℥. ℔. aque buglosse: feniculi: absinthij añ. ℥. j. aromatiza cum cinamomo. Et q̃ Auicenna laudat vnum solutiuum volo tibi illud hoc loco narrare. ℞. myrobalanorũ citrino, ⁊ nigrorũ. añ. ℥. j. turbith. ℥. ℔. zinziberis. ℥.

Digestiuũ in empialos.

ℭ. infunde in oximelle simplici .p.r. horas: deinde addas aque lactis capriarum. ℥. iij. ⁊ paruz calefiant: deinde fiat fortis expressio ⁊ addas casie vel mane. ʒ. vj. ⁊ tribue.

ℭ De hecticis febribus. Caput. viij.

ℭ Ex traditione grecorum ⁊ latinorum.

Duplex genus est febriū hecticarum. Nam inter causi species febriles vt multa erumpunt: eousq; extenditur calor vt diuturnitate humorē depascatur ipsi? cordis. Qui vero manente cordis adhuc humiditate febricitant hinc exurunt: sicut lucerna; flāma filū incēsum ꝓflagrat manēte adhuc in lucerna oleo: atq; hic vnus est ortus. alter aūt cū a principio statim exorit similis Ephemeris: in meroze ⁊ furore: plurimaq; mētis agitatione: ⁊ laboze plurimo exestuās erūpit. Hectica em̄ febris noiatur cū in tātam imoderātiā ꝓtra naturā puenit febris vt i habitu solide essentie sit similium partiū corpis cor ipsum. Ob hoc difficulter hec cōstructio dissoluit. Primū nāq; liquefacit ⁊ exsiccat: ⁊ absumit que aduersat nature caliditas essentiā veluti humoze compactam in mēbris cuiusmodi est adeps ⁊ caro. Inde suā absumit humiditatem qua corpora nutriunt: que diffundit ⁊ dispargitur i roris modum in oēs aialis partes: hinc transcēdit in corpulentū genus inter ines ⁊ tunicuiosas ꝓtes corpoz solidoz: quas coquendo discerpendo ines abiciunt. Integrum vero complementi in solida essentia partium consimiliuz efficitur aridior: que febris ēt marasmodes vt si deflorescens flauescēsve dicat. Has igit febres haud quaq; difficulter curaueris: at ex ipsis in marasmum peruenientes medicari haud quaq; possis. Natura namq; ipsorum est calida ⁊ arida patiente ꝓpemodum corde: qd̄ in lucerna conflagrans filū quod cum plurimum exustum fuerit dissoluitur: si paruz des olei flamma magis incenditur quoad extinguat. Hec plane febris cognitu expeditissima est: prius enim q̄ conflagrent pulsus imoderatas tibi licebit cautates intueri tanq; in foueis demersos oculos lipitudinesq; p sese illatas aridas ⁊ q̄dam squalentā affectionem: quemadmodū multo affecti puluere: qui aliquandiu fuere sub sole ꝓpetuo: obliterauit aūt ipsorum ēt coloris vitalem florē: cutemq; arentem fecit que circa frontem extenditur. cilia. tanq; somniculosorum intumescunt: estq; non somnus languor: sed vigilandi nulla potestas: conciduntq; tempora: vt in ipsis caue appareāt partes: nempe nil aliud q̄ ossa pellisq; est corpus vniuersuz:

vt si nudos intueare: ventremq; spectes puta in eo nulla intestina nulla esse viscera: hypochondriō valde a thoraze reuulsum cutēq; totā inaruisse exiccatamq; putes: ac si digitis capiēdo distendas tanq; cortū sistat. Quare sincera febris marasmodes: vt iā dictuz incurabilis est. Uniuersum nāq; in ipsis deflorescit corpus: ferme vt postremo exarescit: aut ꝓpinqua flāma: aut vehemēti immoderatoq; squalore. Tale nāq; corpus euadit per naturā absq; febri in extremā prouenientiū senectutē: pedetressim agnata euanescēte caliditate: verum per naturam senescentiū moz natura suapte sine molestia est in frigiditate ariditateq; consistens. At id quidē curari non potest. Uerum febriuz cunctarū hecticarū cōmune est: enerues fractosq; eque in toto corpore esse a primordio ad extremum vsq; spiritum. Maxima quoq; ⁊ indubitata cognitio nature ipsius sit homini ingesto nutrimēto q̄ calor incenditur: pulsus capit incrementū: ac celerior fit: vt his propemodū euenat. vt in calce sarisq; exustis: in que si frigidissimā infundas aquā: multo calidiora euadunt vapida in his caliditate ab humida aspersa essentia: quo ad igitur essentie hum[illegible]e quidpiā modo custodiet hecticā dūtaxat est febris. Cum ꝓ in periculū ventū fuerit: nihil hmōl superesse humiditatis q̄ sincerus iam marasmus cōsistit. Frigefaciamus quoquo modo hecticas febres: statim priusq; in marasmuz perficiendū deueniant. Sine controuersia ꝓ humida et frigida nutrimenta esse conuenit: que vtilia futura sint hecticis febribus: quo autem hecticarū febrium calor fuerit intensior: tanto etiā frigidiora conuenit esse adminicula: pluscq; examinis adhibere: ne forte detrimentum aliquod consequatur: si validioribus; vsi fuerimus adminiculis prodesse cupientes.

ℭ Ex traditione penorum ⁊ arabum. §. ij.

Cum febris tribus diebus aut amplius permanserit nec se mouerit: nec calor eius: nec inflammatio vehemens fuerit: nec accidentia: que febres acuta comitari consueuerūt: cum ea affuerint: vt est pulsus magnitudo: et caliditatis: et inquietudinis vehemētia: et anxietas: ⁊ lingue siccitas: atq; eius nigredo: ipsa tamen sic vno modo perseuerauerit: nec potest in ea deprehēdi dimissio aliqua: nec paroxismus: preter hec etiā ipsa inuenitur quieta: et quasi tepida: tunc erhica adesse creditur. Est itaq; ipsius veritas sic experienda. Egro vt in diuersis comedat horis: est precipiendum. Quod si inuentus fuerit semper post comestionē a febre

Rasis libris. r. ad almā forem.

magis infestari: ethicam proculdubio esse pronunciandũ est. Qõ si cum hoc esset facies eius iam extenuata ⁊ oculi concaui: ⁊ caro imminuta: atq; cutis desiccata fuerit: ethica iam non est in eo principio: immo in ipso confirmata est: ⁊ operata: ⁊ diu est ex quo ipm inuasit. Hec autẽ febris in principio sui cum nondũ: scz ad aridita tem peruenit curabilis est. Phthysis itaq; signa cognoscẽda sunt vt dum aliquis de egri sanitate confidit ad eandẽ curandã prope ret. Dicem⁹ igitur q̃ cuius quidẽ ethica in phthysim transit: tẽpo ra vehemẽter plana fiũt: ⁊ oculi cõcauanꝭ: ⁊ nares subtiliantur: ⁊ fiũt tornalitates: ⁊ aures minoranꝭ: eax corpus subtiliaꝭ: faciei quoq; ac frontis tendiꝭ cutis: ac si esset coriũ qõ super ossa faciei desiccatũ foret: ⁊ totũ corpus similiter a carne nudũ existit. Colliũ preterea tenue fit: ⁊ epiglotis foris prominet. Cũq; pectoris ossa tactu aut visu cõsiderata fuerint. vnũquodq; eorũ cum suis extre mitatibus notari poterit: ⁊ postremo corpus nõ videꝭ nisi coriũ et ossa. Eiusq; vox exilis auditur ⁊ debilis: et virtus oĩno destructa videtur: ⁊ pulsus subtilis: ⁊ debilis: ⁊ cũ hoc etiã durus. Chorde quoq; manifeste apparẽt: q̃ caro dissoluta est: ⁊ vene similiter: ⁊ cũ hoc a sanguine vacue: neq; earũ cõcauitas magna rei capax existit. Pulchritudo quoq; atq; claritas ab ipsius corpore oĩno recesserũt: ⁊ cutis desiccata est: ⁊ cuti existẽtis in senio similis facta: est. Uenter etiã eius attenuaꝭ ⁊ debilitaꝭ donec videaꝭ acsi costis adhereat: ⁊ q̃ nihil in se contineat. Mirach preter a ventris intantum subtiliaꝭ. vt nõ videaꝭ esse nisi solũmodo corium ⁊ preter hoc spasmatur ⁊ desiccaꝭ. Ossa quoq; raschete: ⁊ pectinis manuũ plerũq; apparent: ⁊ vngues curuanꝭ. Cũ ꝯo capilli cadunt alicui: et venter soluitur: mors ei propinqua est. ¶ Isaac. Dicam⁹ priusq; de ethica ⁊ phthysi disputemus phthysim esse corporis humiditatis consumptionẽ: que vel est naturalis: vel non naturalis. Naturalis sicut patiunꝭ senes ⁊ decrepiti: cum naturalis eorũ virtus in digerendis cibis: ⁊ in humiditate nutritiua attrahenda deficit vt restauretur corporis humiditas: que per fumũ ⁊ sudorẽ dissoluta est. Hec est causa consumptionis decrepitorũ corporũ. Arborum ꝯo ⁊ terrenascentiũ consumptio tribus modis fit. Unus nimius calor est substantialẽ humiditatẽ desiccãs: sicut calor solis facit in estate. Secũdus humorũ nutrientiũ est ablatio: sicut fit in hyeme non pluuiosa. Tertius humorũ nutritiuorũ est corruptio: ⁊ eorum ad malas qualitates permutatio: sicut ad nitrositatem: sulphureitatẽ: aluminositatẽ ⁊ similia. Sic ⁊ in humanis corporibus contingit. Consumitur eñ ablatis humoribus ea nutrientibus. Natura in digerendo cibo prout oportet deficiente: nec mẽ-

Isaac libro. iiij. febrium.

bra que dissoluta sunt: restaurare valente: sicut senib⁹ euenire dixim⁹: vnde antiqui hãc speciem phthysis decrepitã vocauerũt. Corpus etiã calore extraneo corpi dominãte: ⁊ substantialẽ humiditatem desiccãte consumiꝭ: sicut sit causa acutarum egritudinum eam precedentiũ. Similiter de angustia ⁊ diuturna tristicia. Preterea corpus aliter consumiꝭ cum sanguis corporis nutritiuus: ⁊ a sui dulcedine ⁊ saporositate mutatur: quemadmodũ propter diuturnã egritudinẽ mutatur: q̃ in diuturna egritudine sanguis corrũpiꝭ: ⁊ ppriũ perdit saporẽ vnde a mẽbrorũ natura odio teneꝭ: neq; ex eo nutriũtur. Mẽbra ergo nutrimẽto carẽtia infrigidantur desiccanꝭ ⁊ cõsumunꝭ: q̃ nõ nutriunꝭ. Infrigidãtur q̃ sanguine qui est cali. ⁊ humi. cessante necesse est mẽbra infrigideꝭ: q̃ solebãt ex sanguine calefieri. Qõ si nos reprehendãt dicẽtes: q̃re antiqui dicũt senioꝭ sicca hẽ corpa: cũ sensus mõstret cõtrariũ. Inuenim⁹ eñ senioꝭ maioꝭ esse humiditatis q̃ iuuenes. Respõdebimus q̃ humiditas decrepitorũ fit accidẽt aliter ppter defectum caloris naturalis eorũ cibaria prout oportet: digerere nequeũtis: ⁊ ppter debilitatẽ mẽbrorũ tertie digestionis supfluitatẽ expellere nõ valentiũ: qõ testanꝭ hydropici. Corpora eñ eorũ sunt plene carine aque. mẽbra tũ habẽt macilẽta ⁊ cõsumpta. Nõ naturalis itaq; cõsumptio duob⁹ modis est. aut cũ febre: aut sine febre. Sine febre aut est cali. aut frigi. Frigidi ꝯo ꝯsumit corpus vel ppter diuturna apostemata: vel propter alios diuturnos morbos. Hi eñ morbi: q̃ sunt diturni: nimiũ de substãtiali corporis humiditate dissoluũt: vnde infrigidato corpore: virt⁹ digestiua deficit. Ideoq; cibaria cruda ac indigesta permanẽt. Quod cũ ita sit: mẽbra corporis abhorrẽt ea neq; ex eis nutriunꝭ. Quã quidẽ molestiam patiẽtes: pulsum habẽt debilẽ: tardũ ⁊ strictũ: vrinã crudã albã ⁊ subtilẽ. Pulsus est debilis ex dissolutione virtutis propter egritudinis diuturnitatẽ. Tardus ppter caloris naturalis defectionẽ: suiq; congelationẽ. Cruditas vrine est ppter frigiditatem cõplexioni corporis dominantẽ: ⁊ ppter naturalẽ calorẽ in loco coctiõis deficientẽ. Subtilitas ⁊ claritas sunt ppter corpis siccitatem: ⁊ ppter naturalis humiditatis indigentiã. Cõsumptio q̃ est calida ⁊ sine febre: fit ppter calidos chymos cordi oppositos: quorũ fum⁹ ad cor ascendẽs mutat eĩ cõplexionẽ: eiq; accidentalem prestat calorẽ: vñ sanguis corrũpiꝭ: ⁊ ppria eius saporositas mutaꝭ. ⁊ mẽbra eum odiẽtia: nec ab eo nutrita cõsumunꝭ. Uñ galenus vidi inq̃t hũc chymũ sensualiter: volens eñ corpis interiora perscrutari sicut stomachum intestina et similia: et precepi in spacioso loco simiam poni: et sepe perquiri vt qualiter corpus eius

consumeretur cognoscerem. Tandem per medium diuidens eam inueni ad cor eius humores corruptos: quorũ fumũ ad cor ascendisse: ⁊ suam complexionem corrupisse credidi. Quocirca antiqui hanc consumptionẽ phthysim decrepitam vocauerunt: ⁊ sic est de phthysi naturali ⁊ non naturali.

¶ Ex traditione neotericorũ seu nouitiorũ auctorum. §.iij.

Aliquando phtysis cum febre fit: ⁊ hoc duobus modis teste Salomonis filio: aut ipsa per se est morbus aut propter aliud. Que ꝓ per se est morbus fit ex rebus calefacientibus ⁊ desiccantibus: plurimũ tamen eius causa est ephimera maxime si propter exercitia anime fiunt: sicut ꝓpter vigilias: cogitationes: tristitiã: angustiã: legere: et inuestigare. ex omnibus enĩ istis animalis spiritus fatigatur: ⁊ etiam spiritualis ⁊ accidentalẽ accipiunt calorẽ. Qui calor cum morabitur: substantialẽ desiccat humiditatẽ: ⁊ consumit maxime si corpora fuerint preparata: sicut sunt calidã ⁊ siccã complexionem habentes. macilenti stricta habentes pectora: ⁊ capita spatularũ foris exeuntia sicut auium ale: in etate stantes iuuenili videlicet que est a. xxiij. annis vsq̃ ad. xxxv. p̃cipue si estas fuerit: vel calidus aer: aut regio calida. Nõnunq̃ etiã fit propter corporea exercitia: sicut est propter equitare: aliosve labores facere: aut ꝓpter calida cibaria: potum ⁊ medicinã. Phtysis ꝓ quo est cuz febre: fitq̃ propter aliũ morbũ: est quattuor modis. Quia aut est de ephimera que moratur in corpore: ⁊ propriũ terminũ transit ⁊ sanguinẽ calefacit. Aut est ꝓpter acutã febrem cum calefacit et extenuat sanguinẽ: ⁊ dominãs substãtialẽ consumit humiditatẽ. Aut est propter febres putredinis cum cõmiscentur et suas mutant interpolationes. Aut est propter diuturnas egritudines cõsumentes membrorũ humiditates: sicut contingit ex tussi: dolore pectoris: pulmonis: dyafragmatis: renum ⁊ yliij dolore qui est de calore: ⁊ de omnibus apostematibus: que sunt prolitra corpus calefacientia et consumentia. Humores in corporibus nostris sunt quattuor. Unus est in vasis sanguineis. videlicet humor in venis existens: sicut humiditas arborũ terreq̃ nascentiũ permanens in summitatibus eorũ ⁊ circa: et velut humiditas in ramis vitis existens. Secũdus est humiditas que est in mẽbrorũ concauitate: in quibus natura nondũ tertiã perfecit digestionẽ: nec eaz membris assimilauit: sicut aquosa humiditas que est in arboribꝰ ⁊ terrenascentibus: et velut humiditas que est in frumento ⁊ in vuis nondum maturis. Tertius est humiditas membrorũ quã natura incepit operari: sed tamen nondũ coagulauit neq̃ perfecit eam: sicut caro tenera que non est in membris assimilata: ⁊ sicut humiditas frumenti q̃ cepit coagulari ⁊ saporifera fieri: mollis tamẽ adhuc permanet: ⁊ sicut humiditas vue coagulari ⁊ dulcis fieri incipiẽs sed tamen nondũ est desiccata nec ad duriciẽ conuersa. Quartus est humiditas mẽbra regens ⁊ custodiens sicut humiditas in mẽbris coagulata: ⁊ ad ea conuersa: ⁊ cum mẽbris vnũ effecta: ⁊ velut humiditas frumenti coagulata: ⁊ substãtie frumenti assimilata: illud ne putrefiat custodiens ⁊ sicut humiditas vuarũ passarũ substantiã earum ne putrefiat. obseruãs. Igitur qꝛ corporea humiditas quadruplex est: necessario species ethice tres sunt. Una est humiditas in membrorũ concauitate permanens: in qua natura nondum tertiã digestionẽ operata est: nec membris eam assimilauit. Secunda est membrorꝫ humiditas quam operari natura incepit: ⁊ tamen non coagulauit: neq̃ eam perfecit. Tertia substantialis est humiditas: qua reguntur ⁊ custodiunt membra. Causa prima est hec: humiditas enim sanguinis si augmentetur ⁊ naturam exuperet: odio tenebitur: nec ab ea regetur: nec mundificabitur: que amplius morans maxime bulliens calefit et putrefit ex corporis calore: ⁊ febris putrida ꝓm suam materiã intra vasa generabitur. Quod si non augmentetur: nec a natura dimittatur: sed solum propter id quod in ephimera diximus calefiat: ⁊ calor vsq̃ ad mundificandũ sanguinem qui est in arteria deueniat coniungetur: et cum eo confortabitur: ⁊ venarũ ⁊ arteriarum substãtiam calefaciens calor etiam vsq̃ ad humiditatẽ in raritate membrorum permanentẽ accedet: ⁊ eius vnctuositatẽ desiccabit. Que quia vnctuositatẽ et saporem amisit: merito a membris non suscipitur. Membra ergo nutrimento carentia consumentur: et hec est prima species ethice. Proinde hec species ad curandũ facilis est. si patiens sapientis manum incidat. Medicus vero si incipiat vehementer corporis calorem extinguere cum frigidis et humidis: sicut cibo ⁊ potu aere odore et similibus: citissime calorez extinguet: et infirmum sanabit. Cui nisi succurratur: ⁊ calor in corpore sic permanens ⁊ augmentatus ⁊ vsq̃ ad humiditatẽ membrorum: que coagulationi est vicina deueniat: eorumq̃ desiccet vnctuositatem ⁊ saporositatem: membris non assimilatur: ipsis eam odientibus: vnde consumptio ⁊ siccitas eorum augmentata fiet: ⁊ hec est secunda species ethice: que molesta est ad curandũ. Quod si calor magis augmentetur: et substãtiali membrorũ humiditati dominetur: et eam desiccet: et veniens ad humiditatem membrorum que fuerat cum eis ab initio compositionis: desiccet eam: fit

tertia species ethice que est incurabilis. Calor enim extraneus humiditatē membra custodientē desiccabit: operās in ea: sicut calor solis in lapide ⁊ ligno operatur. Calor enim solis in longo tempore lapidū ⁊ lignorū humiditatē desiccat: ⁊ eorū iuncturas separat: ⁊ eaquasi cinerē facit. Causa est qr lapis ⁊ lignuz sunt de quattuor elementis cōposita: proinde calor in eis hec operatur: quod testatur actio ignis in lapide. desiccat enim ⁊ ad calcē illū conuertit. Est ergo possibile vt simili modo operetur calor solis in longo tempore. Nulla enim est differentia inter calorē solis ⁊ ignis: nisi qr ignis velociter: iste ꝓo tarde operatur. Possumus ergo intelligere q̄ lapis substantialē habet humiditatē: cum arbores ⁊ herbe in montibus ⁊ lapidibus oriantur: que si humores non haberēt: nutriri ⁊ augmētari minime possent. Quantū ad curā ethice. Syrupi simplices in ethica conueniētes sunt syrupus de pomis: de persicis: de succo acetose: de succo endiuie: cucurbite: de prunis: de granatis dulcibus ⁊ acetosis. de acetositate citri: ⁊ maxime si hi syrupi cum aqua lactuce ⁊ cucurbite violarū endiuie fuerint admirti ad ipsorum contemperandā siccitatē. Ex cōpositis conuenientib⁹ habemus syrupū de papauere factū cum zuccaro solū: ⁊ non cum penidijs: syrupū ō portulaca factū sine aceto: syrupū violatū: syrupū de iutubis. Vel facias talem syrupū magistralē. ℞. duas vel tres testudines nemorales in feruenti aqua bñ lotas suis abscissis extremitatibus: ⁊ eas debite coque: quo facto accipe pulpas: ⁊ eas in mortario bene contere: quas in vase vitreo bene reconde: deinde accipe succi liquiritie: gūmi arabici: dragagāti: seminis papaueris albi: lactuce: portulace: malue ⁊ quattuor seminū frigidorum maiorū. añ. ℥.ß. seminis citoniorū: seminis bombacis. añ. ʒ.vj. passularum enucleatarū mundatarū sebesten: berberis. añ. ℥.ß. spodij. ʒ.iij. rosarū violarū ordei excorticati capillorū veneris boraginis buglosse. ana. M.j. contundantur ⁊ ponantur cum carnibus illis super quas proijce tres pintas aque fontis: deinde vas cum argilla vel pasta diligenter obturetur vt nequeat expirare: ⁊ vsq̄ ad tertie partis consumptionē in alio vase aqua pleno bulliat: demū totum extrahatur ⁊ fortiter expimatur: ⁊ cum tali expressione in libris quattuor zuccari fiat syrupus. Conueniens mixtura in hoc casu est talis. ℞. Conserue viola. buglosse. añ. ʒ.iij. conserue boraginis ⁊ florum nenufaris. ana. ʒ.j.ß. zuccari albi. ℥.iij. margaritarum. ʒ.iij. fragmentorum saphiri smaragdi hyacinthi granati rubini. añ. ʒ.j. pannorū auri numero. iij. fiat mixtura ⁊ deauretur. Ex confectionibus in hoc casu conuenientibus solidis conueniūt manuschristi cum perlis factum cum aqua violarum: dyapapauer:

Cura in ethica sebre.

Simplices syrupi.

Syrupi cōpositi.

Magralis syrupus.

Mixtura cōueniens.

Confectiones solide.

dyarodon abbatis: dyagragātum frigidum. Trocisci huic ꝓposito pertinētes sunt trocisci de cāphora: ⁊ sunt Auicenne. ℞. spodi bolarmeni. añ. ℥.ß. rosarū. ʒ.vj. carabe se. portulace cucurbite vel cucumeris. añ. ℥.iij. fiant trocisci cum muscilagine psilij vel dragaganti. Electuarium quo vtūtur reges et est mirabile in hoc casu: qr alteratiuū et maxime resumptiuū. Accipe. ij. vel. iij. testudines nemorales et abscissis pedibus et capite amotisq̄ visceribus ac testa debite lauentur: deinde decoqui facias in aqua viol. vel rosarum. quo facto accipe de pulpis lib. ß. quas cum cultello minutim incide: et postea in mortario vltimata contritione terātur: vel potius in mola in qua sinapis teritur. perprius tamen bene lota addēdo de brodio sic vt melius cōteri possint: vel de aqua rosaruz vel violarū: deinde accipe. iiij. se. cōium. añ. ℥.ß. se. lactuce se. endiuie se. portulace se. papaueris albi. añ. ʒ.j. ista fortiter pistentur: suprāq̄ proijciatur parū brodij vel aquarū predictarū: et colentur ex his vltimatam expressionem faciendo: quo facto accipe amygdalarum dulcium mūdatarū. ʒ.vj. granorum pini. ℥.ß. fisticorum. ʒ.iij. ista vltima contritione terātur: et cū expressiōe suprascripta fiat lac: cum quo dissolue zuccari albi lib. j. ß. addendo de brodio testudinis si opus fuerit: deinde coquatur: cū coctum fuerit et incipit infrigidari: adde carnes illas contusas. et illas cum zuccaro illo in caziola et mortario debite misce. vltimo adde pulueres infrascriptos. ℞. gummi arabici: dragagāti. añ. ʒ.j.ß. margaritarum triasan. añ. ʒ.ß. corallorum rub. ℥.iiij. cinamomi. ʒ.j. et fiat puluis: et si adderes. ℥.ß. succi liquiritie meli⁹ esset sed electuarium non esset ita delectabile. Posses hoc electuarium cū gallinarū fasianorum caponū vel pdicū pulpis cōficere de quibus fac vt de testudinuz carnibus: sed testudinis caro preualet in isto casu. De his que a dextra conueniunt sunt balnea: vnctiones: epithimata: odoramenta: que ob breuitatem doctis relinquo.

Electuariū reguz et mirabile ethica se.

¶ De febre sanguinea. Caput. ix.

¶ Ex traditione grecorum et latinorum. §.j.

Hanc vero (ait Galen⁹ in libro febriū. ad glauconē) incipiamus dicere de acutis febribus et periculosis sinochis: que nō habēt anesim: id est declinationem induciarū: sed in vno eodēq̄ motu perseuerāt: aut in peius crescēdo: nō deficiūt ante criticū diē. i. ante. iij. diem: vel. iiij. aut. v. aut. vij. aut. ix. aut. xi. aut. xiij. aut. xiiij. aut vt satis. xvij. qr difficile est vt ad decimūnonū aut ad vigesimū diē peruenientes isti crisim nō faciāt: aut vite: aut mortis

Hec sunt ꝓba Galeni in libro feb. ad glauconem. di stinc. ij. capi. j.

aut enim istis taliter febrientibus aut vincit aut vincit pugnando si sis.i. corporis natura. Et hoc maxime in istis febribus sinochis tam acutis ⁊ asperis artifices medici probantur: periti autē arte medicine: medicinalibusq; beneficijs armati succurrāt: et auxilientur anteq; laxetur et vincatur continuis febribus repugnādo natura. Sinochum autem sic cognoscis: primum quidam si in xiiij. horis diei ⁊ noctis non faciat anesim idest declinationē nec desinit: sed in eodem motu permanet: aut magis inuenitur acrior. Et si inequalez: et turbulentum augmentum fecerit: scito longinquiorem febrem futuram et non sine periculo. Sinochi tres sunt species: idest omotenus qui est maior: ⁊ augmasticus que secūdo loco ponimus: tertio vero epamasticus dicitur: quorum quidem signa ⁊ curatiōes eorum sigillatim exponam. Inter sinecim autē ⁊ sinochum hec habetur distantia: ⁊ q̄q̄ sit eis apertissima similitudo: tamen inter eos ita separatur atq; distinguitur intellectus: nam sinochus non habet anesim sed magis augmentatur. Sinesis vero dum simili egritudine retineat caput. vnde tamen ⁊ si non plene mundarum habet horarum remissionem. Nam sinochus ex sanguine ⁊ felle rufo commixtus nascitur. Sinecis vero ex fellis rufi abundantia concreatur. Que quidem simili modo vt sinochus causon curari debet maxime phlebotomo: si tamen etas aut tempus: aut fortitudo permiserit: aut si non econtrario aliud occurrat quod prohibeat: et quāuis tempore isto ratio in omnibus supradictis phlebotomum adhiberi prohibeat: tamen ⁊ pro causa faciēdū est ei cubiculū: ⁊ pro tēpore preparatū si etas aut fortitudo permittat: ita vt medietas sanguinis deducatur.

¶ Ex traditione penorum ⁊ arabum. §.ij.

Isaac. li. vij. viatici. capi. iiij.

Ascitur febris continua de puro sanguine cum intra vasa: non tamen putrescens calefiat. Et huic ꝓpriū est inflare: quia de puro sanguine nascitur: cuius in corde et pulmone plurima est virtus: vnde calor inflatiuus ista febris ab antiquis vocatur: quia calor pectoris siue pulmonis est causa sue inflationis. Differt autem nascens de sanguinis putredine: et q̄ nascitur de eiusdem ebullitione: q; prioris febris fetet vrina: pulsus est diuersus quia cōstringi se vult magis et sepius q̄q̄ dilatari ꝓpter festinantiam nature in expellendam superfluitatem vel fumosam putredinem. Altera nulla habet hmōi accidētia: q; signa preuenīnt eā futuram prenūcitiua anteq; appareat scilicet fatigatio grauitas membrorum: plenitudo eorū: rubor caloris: calor superficiei corporis. Hec autez signa sequūtur eam: dolor capitis: incensio: grauitas sui: tumor temporum: egressio oculorum: paruitas sitis: et stupor assiduus: imaginatio rufa ante oculos: pulsus velox ⁊ fortis: vrina rubicūda. Plurimū hāc sequūtur variole: que cum sint oportet ante statum morbi de virtute infirmi perquiri: et etate: atq; complexione: aere: consuetudine: que si conuenīāt: et virtus maxime phlebotomādus est infirmus: de sanguine quātum sufficit auferatur. Si autem morbi initium propter nimium fit cibum quem comederat infirmus: et adhuc in vētre sit coadunatus: opz vt in die secunda vel altera suspendatur phlebotomia quatenus in digerendo cibo confortetur natura et a ventre excludat: quod si non fiat naturaliter: faciamus artificialiter. Si autez nulla horum particularium conuenīāt signa: nisi virtus sola: scarificemus et non phlebotomemus: omnibus vero alijs congruentibus: sola tamen virtute dissonante: neq; phlebotomari: neq; scarificari est necesse: quia virtus sola semper morbo repugnat: vnde semper est inuestiganda et obseruanda confortanda quoq; coadiuuanda pro posse nostro. Si vero obuietur phlebotomie quibusdam ex causis quas debemus dicere: caueatur maxime in statu: vel in augmentatione: et si virtus videatur congruere. In his enim duobus temporibus virtuti non cōfidimus adeo laborantī in morbi repugnationibus: oportet ergo extinguere calorem et acumen sanguinis cum psilio: succo maligranati: syrupo violato syrupo de prunis: q; si egestio obuiet erit humectanda cum oxifenicia: casiafistula: viol. māna ⁊ similibus. ¶ Rasis incipit calida sine tremore: et rubent cum ea facies et oculi valde: et cōstringitur anhelitus: et tactus eius sicut tactus balneati: et fuit regimē cum eis quē precesserunt: regimen multiplicatiuum sanguinis et est ante commotionem eius grauitas in corpore: et additio in somno: et pulsus est cum ea magnus et plenus: et vrina est rubea et spissa. Et cura eius est vt succurras ei in principio rei: et anteq; virtus cadat valde cum phlebotomia: et dimitte sanguinem currere donec egro superueniat sincopis: et si fuerit debilis: ciba ipsum medulla panis cum aqua granati muzi et aqua agreste: deinde dimitte eum: et ad vltimum non dimittas quin precedat egressio sanguinis vsq; ad sincopim: et post illud da ei in potu aquam granati muzi. et ciba ipsum aqua ordei: et rege ipsum regimine habentium causon febrem: sed sit cum extinctione minori. Et si tardatur phlebotomia in dispositione sua: stude ad dandum illi in potu aquam frigidam plurimā: et da ei in potu ex illa vsq; quoq; satietur aut infrigidetur et tremat. Si ergo declinat iam sufficit

Rasis in lib. diuisionum ca. cxlix.

tibi: et si redit et tu itera vsq̃quo declinet: ⁊ fiat febris leuis adherens: et tunc quidem rege ipsum regimine febris phlegmatice hoc enim regimen confert in hac febre: ⁊ ego iam expertus sum ⁊ ꝓbaui ipsum: et liberata per ipsum genus plurima que erat iuxta mortem a timore magno. Non sis ergo piger in dando in potu aquam frigidam cum vehemens est necessitas: nec dimittas eaz nisi quãdo hec febris sinocha est ex apostemate in stomacho: aut in epate: aut matrice: aut renibus: aut vesica: aut dyafragmate ⁊ pulmone. ⁊ propie in dyafragmate et pulmõe ⁊ pectore. ¶ Rasis. r. ad almãsorem capi. vj. Sinochus tres habet species. Una est in qua a sui principio nõ cessat augmẽtari malicia vsq̃quo veniat crisis: aut eger moriatur. Alia vero est que semper in vna moratur dispositione. Tertia quoq̃ est que quotidie a sui principio minuitur. Illa aũt que semper augetur plus indiget munitiõe q̃ alie: post quã ea que vnꝰ est tenoris: secũdo eget: licet etiã tertia ea non sit priuãda. Ille tamen due plus indigent: ⁊ precipue ea q̃ est cum augmẽto semper. ¶ Auicẽna. Intẽtio in curatiõe febris sanguinis est euacuatio plurimi vsq̃ ad sincopim. Et ingrossatio substãtie sanguinis si fuerit subtilis valde aquosus ⁊ cholericus. Et infrigidatio eiꝰ ⁊ mũdificatio ⁊ subtiliatio ipsius si fuerit grossus: et sumpserit eger prius generatiua sanginis grossi: ⁊ generatiua humoris crudi. Et digestio materiei faciẽtis febrem ⁊ eius resolutio. Euacuatio autẽ non est aliqua sicut phlebotomia ex manu in quacũq̃ hora accidat. Et non expectatur crisis: neq̃ digestio nisi sit repletio nauseatiua: tunc esti caue eã et remoue ipsam. Quod si febris perseuerauerit: tunc phlebotoma. Et non cesses phlebotomare donec eger apropinquet sincopi aut cadat in sincopim si corpus fuerit forte. Sincopis enim infrigidat complexionem fortem. ¶ Isaac. Quia hec febris fit de putrido sanguine in vasis: decet phebotomari priusq̃ nõ putrefactus sanguis putrefiat: prius tamẽ cõsideratis virtute: etate: tempore: regione ⁊ cõsuetudine: an sint cõueniẽtia: deinde minuatur sanguis ante statum: qꝛ phlebotomia omnibus curis sinoche ⁊ sinochi est melior. Sinoche autem conueniẽtior est: quia sanguis eius purus est.

Rasis. r. ad almãsorem. ca. vj.

Auicen. fen. pria libro. iiij. tract. ij. ca. xlvj.

Isaac libro. v. febrium.

¶ Quod si omnia predicta sint cõueniẽtia: virtus quoq̃ nõ sit imbecillis scarpellis his succurrendum est. Item omnibus supradictis bonis ⁊ virtute debili existente: ne temere sanguis minuatur cauendum est: sicut diximus in causa sinoche: in qua mõstrauimꝰ sanguinem non debere minui in statu: nec in augmento: qꝛ inde natura impeditur. Nam virtus licet in his vtrisq̃ febribus sit fortis in augmento et statu: tamen non oportet nos ei credere.

In initio ergo nisi virtus obstiterit minuatur. Si aũt in initio non ausi fuerimus: extinguamus acumen sanguinis cuz succo granatorum: oxisenitia ⁊ similibus.

¶ Ex traditione neotericorum seu auctorum recentium. §. iij.

De sanguine due generantur febres. Una que sinocha inflatiua appellatur: alia dicitur sinochus putridus. Et si fuerimus interrogati que sit differẽtia inter febrem sinocham. que fit ex putredine sanguinis: ⁊ sinocham que non fit ex putredine que inflatiua vocatur. Respondeo q̃ in sinocha que fit ex putredine sanguinis patiens facit vrinam putridam: ⁊ pulsum habz inordinatum qꝛ constrictio eius velocior est: q̃ dilatatio propter naturaz festinantez se ad expellendã sanguinis putrefacti aquositatem. Inflatiua vero sic cognoscitur: quia vrina patientis nullam habet putredinem: qꝛ materia eius est purus sanguis nõ putrefactus. Quod si reprehenderint nosquidam dicentes: quomodo accidit sanguini putredo: cum amicus sit nature ⁊ per eum regatur ⁊ nutriatur corpus: Respondetur q̃ licet sanguis amicus sit nature: tamen aggrauat naturam cum augmentatur: vñ odio habetur ab ea: sicut pater odit filium cuz ei non obedit. Sanguis ergo a temperamento egressus a natura eiscitur ⁊ per nares eiscitur: aut per alias partes egreditur: quem si non poterit expellere: dimittit eum: vnde putrefactus sinochum generat. Rursum si dixerint que sit differentia inter febrem que fit de putredine sanguinis: ⁊ febrem continuam: que fit de putredine ceterorum hũorum. Respondeo febris que fit de putredine humoruz: licet videatur continua esse: bonus tamẽ medicus si bene eam inuestiget sentit eius interpolationem: que fit inter finem vnius accessionis: ⁊ initium alterius. Sed sinocha nullam habet diuisionem: nec aliquid tranquillitatis: nisi in extremitatibus dierum cum aer fuerit frigidus: que mitigatio non fit propter febrem: sed quia infirmus gaudet de aeris frigiditate febris acumẽ mitigante. Que tribus modis est: ⁊ in tres spẽs diuidit. In augmastica: epaugmastica: omothenã: siue in febrẽ addẽtẽ: siue diminuẽtẽ: siue vnꝰ tenoris. Epaugmastica est valde salubris. Augmastica est valde mortalis. Omothena medio mõ se hz. Hec aũt diuersitas puenit pp diuersum modũ putrefaciendi: ⁊ ppter diuersitatẽ resolutionis putridi fumi. Unũ sumit ex parte humoris: reliquum ex parte corporis. Si enim maior fiat resolutio vaporis horribilis ⁊ maior euen

tatio ꝗ putrefactio humoris: fit epaugmastica. Si econuerso augmastica. si equaliter omothena: quia si sanguis sit mult⁹ acutus ⁊ calidus: totũ corpus putrescit: ⁊ postea paulatiz declinat: sicut patet in palea combusta. Si ergo libera sit euentatio ⁊ resolutio propter largos poros: hac via generatur epaugmastica in cõtraria dispositione febris contraria: scilicet augmastica: ⁊ in media dispositione febris media: scilicet omothena. Deinceps ad curam sinochi putridi veniamus. In istius cura incipienduz est a sanguinis extractione a phlebotomia basilice: si virtus ⁊ omnia alia particularia conueniant: vel a vẽtosatione super humeros: si sola virtus conueniat: ⁊ alia particularia non sint conuenientia. Si autẽ sanguinis extractio prohibeatur: vel etiam sanguine iam extracto: insistendum est cum refrigeratiuis ⁊ dissolutiuis. In principio ergo taliuz dispositio sanguinis est attendenda: vtruz sit acutissimus cholericus aut grauis phlegmaticus: aut medio modo. Si ergo vehementer sit calidus acutus: detur succus malorum granatorum psilium orisenitia: ⁊ hoc cum succo granatoruz, ⁊ aq̃ resoluantur ⁊ exhibeantur: vel syrupus viol. vel nenupharis cuz casiafistula ⁊ mãna resolutis. demus aquam ordei ad bibendum. Si autez sanguis sit grauis phlegmaticus: resoluamus casiam fistulam. ⁊ mannam cum aqua decoctionis absinthij endiuie maratri prunis viol. Si medio modo se habeat: coquantur iulube semi. mundata endiuie: ⁊ resoluatur casiefistule. ℥. ß. mãne. ℥. j. exhibeantur. Si autem per hoc venter non laxatur: fiat suppositoriuz de succo mercuriali melle ⁊ sale ⁊. ℈. ß. scamonee. Si autem nec sic laxatur: fiat clystere cuz refrigerantibus ⁊ humectantibus: vt sũt viole malue mercurialis ordeum mundatum lotura furfuris. In istorum decoctione ponatur mel: ⁊ oleum violarum cuz modico sale ⁊ eijciatur. ⁊ potest addi medulle casiefistule. ℥. ß. vel. ℥. j. remouendo mel. Si adsit dolor capitis predicte fiant illinitiones: ⁊ fomentationes: ⁊ cathaplasmata de sandalis rubeis ⁊ oleo viol. si tamen stupor ⁊ catarrus sint absentes. Si vero adsit vigilia raso capite humectetur caput cum aqua decoctionis papaueris lactuce violarũ absentibus catarro ⁊ stupore. Si adsit pũctio in stomacho accipiat succum cucumeris vel cucurbite cum succo malorũ granatorũ. Si cardiacam tremorum patiantur. super os stomachi ponantur cathaplasmata ō sandalis ros. malua farina ordei de cineribus fornacis fabrorum ⁊ pauca camphora. Hec distemperẽtur cũ succo portulace semperuiue arnoglosse ⁊ aceto. In superfluo fluxu sanguinis per nares argillam cũ aceto distemperatam sup̃ totam frontem, ⁊ faciem ponamus. Cura autem sinoche

Cura sinochi putridi.

inflatiue fere est eadem cum cura sinochi putridi nisi q̃ cura sinochi est grauior. Si tamen in ea omnia particularia conueniant: vt est virtus: regio: etas: tempus: consuetudo: habitudo festinetur phlebotomia de mediana: si pectus habeat sanum ⁊ forte: si vero non habet pectus sanum ⁊ forte bene de basilica: ⁊ sanguis extrahatur quantum virtus poterit tolerare: quia multa phlebotomia quandoq̃ sufficit ad curam. ita vt per hanc vno die tota febris auferatur ⁊ curetur. Si autem virtus sit fortis ⁊ alia particularia non conueniant: sicut etas ⁊ supradicta: tunc scarpellemus solum: idest ventosas super humeros ponamus cum forti scarificatione. hec enim cor ⁊ pulmonem infrigidat: ⁊ sanguinem temperat bullientem. Si autem virtus sit debilis: quocunq̃ modo se habeant particularia: nec sic: nec aliter de sanguinis extractione nos intromittamus. Similiter si febris sit in augmento: vel in statu quocunq̃ modo se habeat virtus: vel alia particularia: nunq̃ sanguinem extrahamus: ⁊ cum solis infrigidatiuis est insistendum. Et sicut dictum est in sinocho putrido: procedere in cura sinoche inflatiue debemus. Cauendum tamen ne aqua frigida exhibeatur cum sanguis est grossus ⁊ indigestus: ⁊ cum viscera sunt debilia ⁊ apostemata nisi forte sit apostema vehementis caliditatis.

Cura sinoche inflatiue.

De pestilenti febre. Caput. x

Ex traditione grecorum ⁊ latinorum. §. j.

Primus de ijs febribus in putride materie genere: quas acutas simpliciter vocamus: nunc transeundum est ad id febris genus acutissimum: quod pestilentie casu euenit: subitoq̃ plurimos rapit: vano affectum euentu. Huius mali varie sunt cause: vt diligentiores physici tradidere. Aeris eni intemperies vi quadam venenata regiones: ⁊ celi tractus ingentes infestat syderum errantium tabifico influxu: qui nobis circũfusus per respirationem cordis vitalia letaliter subit: alij etiam per cutis meatus: cui spiritus sanguisq̃ commoti protinus accurrunt: quibus infectis febris exinde pestifera obortũ. Prelio quoq̃ sanguinolento stragesq̃ facta numerosissima: spiritus exitialis (vt Galenus scribit) regionibus propinquis pestilentiam inducit. Constatq̃ aphricam insigni quondam pestilentia debilitatam fuisse: quã locuste inumerabiles immerse mari ⁊ ad littus relecte putrido vas-

pore excitarunt. Post item magnos terrarum motus pestilentia se pe orta est: diro in profundo latente vapore: qui pigritia: longo situ: & eterna nocte torpescebat: hunc postea purum aerem liquidũ q̃ infecit: ac polluit: vnde nouas febres attulit paucisq̃ notas.

Paulus egyneta

Paulus egyneta inter medicos auctor egregius: omnes qualitates in aere noxias inuenirí posse affirmat: quibus humana habitudo in hunc morbum prolabi potest. Inuenti enim sunt etate nostra: qui extrema senectute rapti sunt: qui prius iuuenes in maximis pestilentijs tuti fuere. Varie enim cause sunt ex quibus varij effectus proueniunt. Mirumq̃ vestimenta lanea presertim hanc pestem diu conseruare. In primis hominis proprietatem: ac aeris circunfusi: vel aque: vel alterius rei naturam nosse oportet: quibus facile occurrimus contrarijs qualitatibus: vel ijs que sine certa qualitate: sed speciali dumtaxat forma subueniunt. Verum prius: quod diuinus hippocrates incessanter clamabat: perquã humida corpora siccanda: impuraq̃ purganda: ac poros aperiendos corporis. quod Galenus se factitasse scribit: quo tempore frequentes carbunculos oriri videbat: certissima pestilentie augurria ex abundanti putredine. In quo casu sanguis mittendus est: sed modus seruandus: magis tamen quib⁹ in vsu est: vel quibus sanguis melancholicus substiterit: vt menses in mulieribus: & maribus hemorrhoides: aut in vtroq̃ genere narium profluuiũ: tempus idoneum est plenilunio. Qui venam secari non patiuntur nationibus cucurbitas imponãt: aut sanguisugas. sanguineis ac moribidis corporibus id sepius fieri debet. Vomitus obest nisi sponte fiat. Malam enim materiam ad vitalia trahit. Aluus mollienda est rore syriaco: quod mãna vocant iudei: officinis nunc familiarissimo. Siliqua egyptia quam casiamfistulam falso appellauere: casiefistule odorate nomine errore manifesto Galeni plinijq̃ graui testimonio. tamarindis quoq̃: ac violacea potiõe. Alij vbi aluus astricta est: clysterem infundunt communem. Paulus egyneta auctor grauissimus spondet Galeni auctoritate: rubricam armenicam potam drachme. j. summopere prodesse: & hyeme theriacam pari modo ex viperis compositam. Qua rome Galenus vsus est maxima in pestilentia: que omnibus bibentibus salutaris fuit.

Hippocrates cous.

Vomitus obest in pestilentia.

Paulus egyneta cum Galeno.

Catapotia rufi & dicunt pilule cões Pauli alia descriptio.

Sed eo peruenit audacia & non solum priora immutarunt: sed ẽt aliquid addiderunt. Catapotia sunt rufo ascripta: que ex ijs fiũt: aloes hepatitis lote. ʒ. iiij. myrrhe purissime quam stacten vocãt: croci oium. ʒ. ij. ex vino dantur summo mane drachme. j. aut semidrachme. Qui his catapotijs vsus est vt rufus: neq̃ pestilentia: neq̃ contagione vnq̃ correptus est. Paulus egyneta aliter de-

scribit hanc potionem propinandam: q̃ nostri in catapotia digessere: quo deuoratu facilioza essent. Ille aũt ex rufo ita demõstrat Aloes hepatitis lote partibus duabus: harmoniaci: thymiamatis tantundem: myrrhe parte vna. Hec in vino diluta meratiori danda sunt: prisci cyathi mensura. Vbi corpus refrigerandũ est: violacea potione vtimur: rosacea: vel citrei mali admixta portulace aqua. Cichorij ve seris acetose: quã oxalidem quidam vocãt: cretes oxynidam vulgo dicunt. Sonchi buglossi illam sariolam vocant: omnium semiuntia. Alia potio est diligentioribus obseruata: miri effectus in qua & stomachi & cordis ratio habetur. Seris: sonchi: acetose: buglossi: singulorum manipulus: seminis item acetose portulace seris & mali citrei excussis tunicis oium semiuntia. rosarum rubearum: violarum: nymphee: lilia buglossi vtriusq̃ generis omniuʒ drachme. iij. rorismarini. ij. aque rosacee triduo iusta infusione macerentur: postea per furnibulũ leni flamma destillans aqua excipiatur: in qua & sacharum addimus: & citrei mali succum: & sandalorum farinam: spodijq̃ momentum: eadem facito inferueant: ad liquidi mellis crassitudinem: ex qua bine vncie per se mane assumuntur: & tribus horis ante cenam. Vbi excalefacere opus esset p celi qualitate ac hominis habitudine: ea potio vtilis est: in qua betonica chamedrys cichoriũ calaminta sanfucus oium pares portiones: cortici medici mali: zedoarie: iunci odorati: stycadis exiguo gariophyllo ac cinamomo addito. Animaduertendũ tũ est vbi hominis habitudo frigida est. ac celi qualitas contraria: naturam hois sequi oportere: in qua sinia & Galenum fuisse video nam aeris caliditati sponte aduersatur natura. Aerq̃ ex oi cõfesso id elaborandum est vt corporis oino temperamentum: victu exercitatione: potionibus: leto animo: ceterisq̃ presidijs conseruetur. Hinc ad curationes pestilẽtie transeamus. Si vero neglecta obseruatione: aut per ignorantiam: aut ex improuiso: vel alio casu febris pestilens ex familiaribus aliquem inuasserit: confestim mutandus est celi status: & in plures partes distributa familia: longinque regiones petende sunt: vel ita segregãdi oẽs: ne si quis cõtagione male affectus est: aliũ quoq̃ cõtaminet. Plurimũ ex sanguine biliq̃ rufa: ex phlegmate vero raro: cũ vitio aque vel pestiferi cibi fuerit: fieri solet. Galenus horam prandij: ac cene pro consuetudine laudauit. alij vespertinã maturinãq̃ preferunt interdiu & sepe salutares mixturas confectiones: varioq̃ potus & saluberrimos ptinẽter pbent. Cõfectões sandaline plebi idonee sunt cũ aqua rosacea. Alia minus iucunda: sed mire virtutis: ac facilior: in qua rosacee vncie tres: rubrice armeniace & vini

Potio singularis.

Potio alia

Cura febris pestilentialis.

Confectiones i pestilentia.

De sanguinis missione.

odorati non austeri singulorum vncia. Alij theriacam dedere admixtio smaragdi gemme polline ex aqua rosacea. Alij alia imperant: que palato naribus ac stomacho non cõueniunt: de quibus obiter minus dicendum putamus. Maximam desiderat animadversionem in pestifera febri sanguinis dimissio: que largior imperanda est: si sanguinis vitio contigerit: si etas: ac vires sunt. Exilior cũ vbi alter humor admixtus est: qui si simplex fuerit: alui delectio magis prodest. Vandaq; opera est ne importune vena feriatur: nihilq; nocentius est sanguinis dimissione vbi necessaria non est: vires enim corporis maxime subducit. Cathartici ratio est: vt nihil venenati: nihilq; molesti habeat. Si bilis rufa infestat: hoc medicamento tuto celeriterq; trahitur: in quo ponuntur rosis syriaci vncie due: radicis barbare per noctem infuse drachme due: in aqua cichorij acetose meri albi omnium semiuncia. Summo mane linteolo mundo radicem exprimes: in eo succo rosem syriacum antedictum admiscebis: aqua buglossa prius maceratum. Hanc potionem statim saluberrimam dabis. Si ros antedictus ꝑ egri fortuna emi non potest: succus silique alexandrine vicem implebit. At vbi pituita est agaricum oximelite preparatum vtiliter datur quod ⁊ cordi conuenit. At polipodio: epithimo: sena: atra bilis eximie purgat: adusta materia radice barbara fumiterre succo: ac capriino sero. Composita deniq; morbi materia compositis remedijs curatur. Narrãt qui experta produnt: si quis initio pestilentie febris kalendule succi vncias duas aut tres ad summuz biberit: deinde vestimentis operiatur: liberum reddi ab ea labe. Hec vulgaris herba est sponte nascens in gallia. Multi scabiose succum ad hos vsus efficacissimuz predicant: quo veneni vis duodecim horaruz spacio propellatur. Alij non minoribus laudibus succum verbene eiusdem effectus celebrauere. Miramvim habet aduersus pestes tormentilla radice rubia odorata quam sparganium greci vocant. Nam ⁊ contra serpentes bibitur drachme due ponde. ex vino. Dictamum preterea laudatur cretense ⁊ in altissimis montibus inuentum. a Dioscoride: Galeno: Plinioq; commendatum scrupuli ponde. ex rosacea. Aliqui spem maximam in rubrica lennia habent: solamq; prodesse spondent: cui maximam auctoritatem dedit Galenus in libris suis. Alij betonicam summis laudibus predicauere: vel sicce farinam ex vino. Violentiam enim morbi ad extrema expellit. Nonnulli cichorium preferunt estate. Alij vero maiora audentes: hoc modo aquaz colligunt ex furnibulo. Kalendule sparganij dictami betonice citreaginis omnium manipuluz: rubrice armeniace vnciã: machir drachmas

Cathartícum in b.li rufa

Simplicia pestilentie, tẽpore exprta.

tres: aceti libre: per noctem consperso destillationibus cõstituũt: ex quibus aque sesquiuntia satis est si mane propinatur. Sanum enim hominẽ a pestilentia reddit valentissimo remedio. Inunctio quoq; contra pestilentie carbũculos: ac abscessus omnes fieri solet mirabilis effectus: que hoc modo fit. Invase enim vitreo sam buci florum partes sex imponũt: ebuli partes duas: hyperici partem vnam: olei perueteris quantũ satis sit: vt iusta infusione supnatet: obturato deinde ore estate vniuersa solibus continuis perficitur: atq; ita insolato: vbi opus est vtuntur. Carbũculos enim ⁊ inflãmationes omnes siue impetus ter quaterve in die inungunt: alij totum corpus: vnde vehementi sudoris profluuio virus omne elicitur. Oleum aliud siue vnguentũ mirandi effectꝰ: olei vetustissimi selibram in phialã imponũt: in qua triginta scorpiones nouẽ horarũ spacio ociose lento igni deseruere faciunt. Alij cacabum aque plenũ ad ignem componũt: in quo phialã antedictã imponunt vt feruente aqua oleum pariter intus ebulliat: in qua demũ theriace optime ligulã addunt. Iterũq; faciunt deseruere: demũ eximunt: ex eo inungi debent arteriarũ pulsus in manibus: precordia ipsa acinguli lacus: ⁊ cetere partes que arteriis respõdẽt: circaq; deniq; apostemata. Post horas sex iterum inungi debent eedem corporis partes: ⁊ statim eger aut dubio conualescet. Potio quoq; salutaris sepe expta: nec vana vnq; inuenta: habet pulueris cordialis. ʒ.ij. ramenti cornu ceruini drachmã: seminis sancti (ita vulgus vocat) myrrhe singulorum sesquidrachmã: ex aceto q̃ acerrimo ad ignem protinus quum inguina tentantur: bibitur: in promptu enim esse debet remediũ: sudore enim prorumpente vndiq; virus elicitur: atq; ita iuxta ignẽ calefactis linteolis mẽbra fedo sudore detergenda: mutandaq; sudariola sunt: donec sudoris graueolentia inter fricatiões subsistat. Miro enim presidio vt Alexander benedictus nostri amantissimus etate nostra doctissimus affirmauit: georgij valle auctoritate motus a pestilẽtia tentantes liberat: neminemq; qui eam opportune potionem ieiunus biberit: ab hac violentia opprimi constat manifesto ac vulgato experimento.

Contra pestilẽtie carbũculos inunctio.

Unguentũ mirãdi effectꝰ in pestilẽti febre.

Potio salutaris sepe expta abamico

Ex traditione penorum ⁊ arabum. §.ij.

Causa pestilentiarum plurimum est mutatio et corruptio aeris in quattuor temporibus anni. Mutatio autem anni fit quattuor modis: aut cum dominatur ei vna ex qualitatibus: aut propter fumum et puluerem terre eum perturbantem et obscurantem: aut

Ysaac. v. febrium.

ppter fumū maris ⁊ lacuū atq; paludū: aut propter magnum fetorem sicut cadauerum corporum animalium: quod est ceteris peius. Proinde plurimum patiuntur pessimos morbos de pestilētiali genere: et febres non de genere humorum: quia sicut pessimi morbus aut venenosus: similiter et aqua nocet et destruit substātiam eam accipientiū: nec saluātur nisi rarissimi: sicut ⁊ aer quando corrūpitur ⁊ putrefit: quicq; patiuntur non euadūt nisi paucissimi. Aer etiam nocibilior est cibis et potibus: ⁊ velociter perforat ad cor: et pulmonē cum flatus attractu sine vlla remotione: proinde omnes infirmi ⁊ sani plurimū infirmantur de aeris corruptione. Antiqui concordati fuerunt ⁊ maxime Hippocrates: quia si in quattuor anni temporibus aer corrumpatur: generātur in illo anno pessime et mortales passiones. Dixerunt etiam si venti quattuor in duobus mensibus hyemis: idest decembris ⁊ ianuario perflent: et puluis in aere augmentetur: et aeris complexio in siccitate mutetur nullam habens pluuiam: et dies in qualitate diuersantur: vt scilicet vna dies sit calida: alia frigida fuerit: hec pessima signa in hyeme. Uere autem accedente pluuiali ⁊ turbido: cuius perturbatio non dissoluitur nisi in quinto aut in septimo die: fiunt febres pessime: non fm humores: sed plurimū nascuntur variole et pustule. Multo etiam plurimū tunc oriuntur mortales pestilentie. Dixerunt etiam si ver et hyems taliter fuerint: necesse est sit in estate aer turbidus: ⁊ humidus: non clarus: et arboribus et terre nascentibus puluis dominetur: vnde fit causa in corpore desudationes generās. Corpora etiam non sudant: nec humectantur sicut sunt solita in estate humectari cuncta naturaliter. ¶ Rasis. Cum videris nauseam frequentem cum febre tepida: tūc scias q̄ ipsa est febris pestilentialis: et propte quando communicat et multiplicat: et sunt pestilentie manifeste in aere circundante eos: stude ergo tota intentione in confortando cor istorum: et temperando aerem continentē eos: et adhibe eis bene redolentia: ⁊ intromitte eos in domos odoriferas mundas: et sterne eas plantis bene redolentibus et aspectu viridibus: et suffumiga eas cum sandalis ⁊ camphora: et asperge eas aqua rosarum ⁊ aceto: et asperge ex eis super frustuz luti antiqui: aut super lateres domorum si sunt antiqui veteres. et pone super tempora aquam rosaceam et camphoram: et sandal. cum panno mundo in eis infuso: et fac eos odorare res odoriferas semper: et da eis in potu aquā frigidam veri frigoris valde: et rob granati acetosi: et rob agreste et acetositatem citri: et lac acetosum: et aquam mixtam cū aceto quando non presto est aliud: et ciba eos pullis assatis: et vitelo ouorum: et da eis in potu vinum album boni odoris odoriferū cui admixtum sit quantum est quintuplum eius aque dulcis.

Rasis in lib. diuisionuz. c. clviij.

¶ Rasis. r. ad almansorem. Febribus que ex aeris corruptiōe generantur: non videtur in principio multa inesse acuitas: neq; caliditas cum tangitur eger: sunt tamen in occultis corporis partib⁹ et in ipsius profundo magni nocumenti: et sunt deceptorie: et vehementis operationis et sunt febres lente et tepide: sed conclusē cum quibus anhelitus: et quicquid a corpore egreditur: valde fetida sentiuntur. His vero febribus laborantes tribulationē magnam: et sitim vehementem patiuntur eorumq; anhelitus augmētatur: et fit spissus: ex quorum corporibus cum vomitu et egestione res feda egreditur: et insolita: deinde incipit eis superuenire sincopis: et moriuntur.

Rasi. r. ad almā sorem. c. xvi.

¶ Ex traditione auctorum recentium. §. iij.

Pestilētialis febris potest ab osibus humoribus indifferenter puenire. Nam cōtingit interdū aerem esse infectū venenositate: puta a cōstellatione: vel ab aliquo vapore ab aliquo corpore resoluto: sicut exēpli gratia: scz ab infectis cadauerib⁹: et a stagnis corruptis: a cimiteriis: sterquilinijs: aut consimilibus qui aer sic infectus ad cor attractus: spūs inficit venenositate. qui infecti humorē magis aptum talem infectionem suscipere inficiunt: et sic febris causatur pestilētialis. Interdum tamen in visceribⁿ: terre vapores includuntur venenosi: qui plantas inficiunt: aut plantarum nutrimentum: propter quod illa terre nascentia comesta non solū humores: quos generāt inficiunt: verum etiā in corpore existētes. Ideo dicebat Auicenna secūda primi doctrina secūda capi. de iudicijs cōplexionis anni: q̄ mortalitates corrumpunt arbores et vegetabilia: ideoq; corrumpuntur ex ea animalia que ea comedūt: et ideo hoies qui eis vescuntur: corrumpuntur. Et si aliquis diceret: si corruptio aeris fiat per actionem motum stellarū: que necessitas fuit vt hec in libris scriberentur a medicis: cum ea defendere contra syderum repugnationes nequeunt. Respondeo q̄ corruptio aeris non accidit nisi corporibus ad eam preparatis. Unde cum medicus preuideat significationes aeris in vnoquoq; tempore anni venturi: poterit mundificare materiam de corporib⁹ ad corruptionē preparatis prius: q̄ corruptio accidat eis: et etiam temperamentum prestare scterit: vt venture corruptioni repugnare valeat. Nam si preuiderit fore calorem nimium in aere: et siccitatem et adustionem: festinet

Aaf. r. ad almā sorem. c. xvi.

ad purgandū cholerā eorum in quibus est cholerica cōplexio: ne illius feruoris calorē facillime per similitudinez recipiat. Dentur quoq; frigida et humida venturo calori repugnātia: qz rationalis anima dignior stellis est. vt vult Ysaac. v. febrium. Nam actio earū ei minime accidit nisi cum ignorantia tenetur. Dum enī eam sensérit eam omnino cauebit. hoc testificatur ab eo quod videmus ab optimis mathematicis: qz cuz certissime nouerint dies particularis mortis: inferentes eis qui in mare ingrediunt: satis potest eos tueri. Similiter z illos q̄ in bello mouturi sunt. In quo igitur differat homo a ceteris animalibus intelligenti clarissime patet. Hā ratio et discretio est ea semper inquirere z desiderare bona: et mala respuere: eisq; repugnare: qz non est subditus naturali actioni: vt vult beatus augustinus in libro septuagintatriū questionum: nec est etiam subditus pestilentiali desiderio. vt vult Ysaac vbi supra: nisi cum ignorantia tentus est. Sed cum scit et discernit bonū a malo: verum a falso: et iustū ab iniusto: querit sibi bonam partē que est ei similis. vnde homo est: et spernit partem malā que non est ei similis vnde est animal. Quantū ad curā istius febris sic procedamus: ad medicinalia condescendo. primo doctrinā insequēs Auicenne. Si febris ab alio humore deuenerit q̄z a sanguine: sunt illi humores euacuādi: z si a sanguine puenerit: statim fieri facias phlebotomiā de vena media si infirmus equaliter senserit se grauatum: vel de basilica si magis ab inferioribus: vel de cephalica si magis a superioribus etate cōplexione et aliis consentientibus ipsam facere vsq; ad lippotomiā non vituperāt recentiores medici: vel saltem fieri facias secundationē. Quod si etas vel aliqd talium phlebotomiā prohibuerit vētosas super nates: vel spatulas cum scarificatione fm exigentiā apponi facias. Si autem ab alio humore q̄z a sanguine prouenerit: quem sanguini iudicares permixtum: consimiliter fieri facias phlebotomiā vel ventosas: non tamen sanguis in tanta extrahatur quantitate vt in casu precedēti. Et licet hec febris possit a quocūq; humore prouenire indifferenter: principaliter tamen humori non attēdimus: sed extinctioni caloris: z venenositati materie: cor scilicet confortando. Hā materie digestio est ipsius venenositatis correctio: et ideo facias sic. ℞. aque bugloſſe violarū pimpinelle. añ. ℥. iiij. aque rosarū. lib ß. syrupi de acetositate citri: de limonibus. añ. ℥. iij. syrupi de succo acetose. ℥. ij. vini granatorū. ℥. iij. fiat iulep aromatizatū cum sandalis muscatellinis de tali bibat sepe in omni hora qua vult. Ytē in isto casu multū valet aqua herbe tunici facta cum suis radicibus z aqua tormentille facta similiter z aqua diptami scabiose z

Cura in febre pestilētiali.

Digestiuuz in febre pestilentiali.

acetose. Ytem. ℞. syrupi de limonibus de acetositate citri. añ. ℥. ij. ß. aque acetose scabiose. añ. ℥. ij aqua pimpinelle z herbe tunici añ. ℥. j. ß. clarificetur pro duabus vicibus: et detur in aurora aromatizando cum sandalis. Ytem conueniūt odoramēta epithimata z vnguenta pro corde epate et testiculis et renibus: que supra de causonide scripta sunt. Pro confectione da hanc mixturaz ℞. conserue violarū boraginis bugloſſe. añ. ℥. ß. conserue nenufaris. ℥. iij. manuschristi cum perlis lib. ß. fragmentorū omnium lapidū preciosorum. ℥. ij. margaritarū tritarū. ℥. ij. foliorū auri numero duodecim fiat mixtura deaurata de qua sepe comedat: et de ea bibat cum aqua acetose si libuerit. Pilule salutis mirabiles preseruantes a peste: siue fuerit pestilentia ab aere corrupto: siue ab influentia syderū: siue a quacūq; causa citra deum: quas habui ab amico in finibus germanie: quibus mediantibus omnes preseruabat a peste: siue sumantur per se: vel in forma opiate: z sub vtraq; forma possunt fieri. ℞. aloes cicotrini. ℥. iij. ß. myrrhe. ℥. j. croci orientalis. ℥. ß. cumini coriandri ppparati. añ. ℥. iiij. radicis tormentille. ℥. j. ß. boli armeni. ℥. j. terre sigillate siue terre lēnie. ℥. ß. seminis basiliconis seminis citri. añ. ℥. iij. seminis acetose. ℥. iij. ß. radicis been albi et rubei. añ. ℥. j. sandali albi z rub. añ. ℥. ß. ligni aloes casieligneē añ. iij. ℥. ossis de corde cerui coralli rubei spodij. añ. ℥. ß. puluerizādā puluerizenk et cū syrupo de acetositate citri formetur massa pro pilulis de qua formentur. vj. pro ℥. capiat aliquando tres dū vadit dormitum: et aliquando vnam in mane hyeme z vere: z tempore pestilentie omni mane vnam. Et si velit facere in forma opiate pone de syrupo de acetositate citri qd sufficit p forma opiate: capiat in mane dū surgit a lecto. ℥. ß. aut. ℥. iij. vl ℥. j. fm. qd videbit.

Syrupi in eadem febre.

Pilule salutis erpet singulares.

De variolis z morbillis. Caput vltimum.

Ex traditione aradum peritorū z auctorum recentium.

Causa variolarū (vt vult Ysaac. v. febrium) materia est in cōpositione fetus in vulua existentis: quam in quibusdam locis natura claudit a principalib⁹ mēbris remotis: cutiq; vicinantibus propter debilitatem membrorū fetus: qualitatem illius materie nō sustinentiū. Que cum mouetur propter aliquod exteriorum sicut propter pessimos chimos: aut corruptum aerem a suo loco egreditur: cum natura repugnans expellit eam ad cutē: quia sibi vicina est: hac de causa fiunt variole: nec aliquis rema-

Ysaac. v. febriū. c. d̄ causis variolaz

net quin eas habeat: quia earum materia fit in cōpositione fetus. Sed plurimū adolescentulis et pueris fiunt: raro iuuenibus: decrepitis nunq̄. Impossibile enim est in corpore vsq̄ in decrepitam etatem permanere propter mutationē etatis temporis ⁊ exercitiorum ⁊ cibariorum ⁊ ceterarū diuersitatū: quia natura eam sibi assuefecit: vnde non mouet illam nisi cum ipsa per se mouetur. Ideoq̄ adolescentuli ⁊ pueri plurimū patiuntur: quia sunt gulosi: ⁊ cibos inordinate sumūt nec cauent aerem: aliaq̄ accidentia: ⁊ illis quibus calida et humida cōplexio dominatur: que est putredini conueniens et familiaris. ¶ Rasis. Signa generationis variolarum sunt febres acute caliditatis conclusa: et vehementia doloris dorsi ⁊ pruritus nasi: et timor in somno. Si autem febris est vehementioris caliditatis: ⁊ angustia est maior: tunc portenditur morbillus. Morbillus autem est maioris timoris q̄ variole nisi in oculo. Cura variolarū cum incipiunt signa est phlebotomia; sed postea non: sed attende: et si fuerit eger bonus in parui pēdenda ergritudine: et nō habuerit angustiā vehementē: et variole iam inceperint exire: tunc rege cum eis que festinare faciunt exitum variolarū: et non des ei in potu aliquid frigidum cum frigiditate plurima: vt non stet exitus variolarum: et superueniat ei tarditas ⁊ difficultas. In cura morbilli intende cum eis que educunt choleram cum facilitate absq̄ calefactiōe: sicut aqua pruorum: et granati contriti cum suis interioribꝰ cum zuccaro: ⁊ aqua ordei et aqua melonis indi et citroli et cucurbite et muscilagine psilij. In variolis si videris eas pigri exitus: tunc da ei decoctionem ficuum cum lacte et aliquantulū croci: vt festinare faciat exitus illarum. ¶ Isaac. Variole de sanguinis putridi nascuntur corruptione: et sunt de accidentibus sinochum concomitātibus. Medicandus est ergo in initio cum calidis et humidis: que intus naturam dissoluunt: et extrinsecus expellunt. Caueatur frigida medicina que humores claudit et congelat. Medicina vero variolas cito efficiens: et sine molestatione est succus maratri: apij cum oriz accara. Accipiant de hac confectione a nobis probata. ℞. ficus siccas quinq̄ lentis mundate ʒ.x. lacce ʒ.v. diagaganti totidem: maratri. ʒ.ß. omnia coquantur in vna libra aque et ß. vsq̄ ad vncias quattuor. deinde cola et mitte ʒ.j. zuccari: et da bibere ante cibum ieiuno: et hora dormitionis donec tote appareant: et deinde cesset. Aliud. ℞. rose lentis mundate añ. ʒ.ß. lacce ʒ.ij. maratri seminis citonior diagagāti. añ. ʒ.j.ß. masticis ʒ.j. oia coquant et colentur et bibere dent ʒ.iij. cū oriz accara. Dem⁹ ptisanū: biti

Rasis in lib. diuisionū. ca. clix.

Cura variolarū.

Isaac. vij. viatici. ca. viij.

chrysolocānam cucurbitam. Epithimata vitentur omnimode: ne forte vulnera reuertātur intra: et cadentes in cardiacā moriātur Studēdum est in initio ne in oculis pustule nascātur: et lauētur cum lotura oliue oculos mundificante: his mūdificatis imponēda est aqua rosarum cum succo mali granati: vel aqua rosarum: ⁊ sumach. Post septē dies oportet custoditi de medicina: vel dieta dissolutiua: q̄ hec passio propria est solutioni ventris superuenientī: q̄ si aduenīat oportet eam constringi cum medicina in diaria dicta: vel in aliis locis libri nostri. Pustulis effluentibus et desiccari incipientibus impleatur culcitra vbi infirmus iacet de rizi farina: superponatur vulneribus farina rizi vel milij cum croco. ¶ In cura variolarum nullo modo oportet fieri repercussionem nec in illis que fiunt in pueris exsanguine mēstruali matricis: nec in illis qui sinochum cōcomitantur: nisi circa oculos cum materia fuerit furiosa. Cum enim materia sit venenosa et furiosa: si repercutiatur faciet dissinteriam: vel aliquod pessimum sinthoma. Circa oculos fiat repercussio: quia eorum substātia est valde tenera: et propter furiositatem materie cito corrumpūtur. In aliis autem membris est generale vt fiat extractio materie ad exteriora. Ad extrahendum autem materiam accipe succum feniculi apij: ⁊ in ipso tepefacto intringe pannum lineum: et inuolue corpus. totum illud trahit materiam ad exteriora. et in parte consumit. Uel aliter fieri potest in variolis puerorum: decoquātur in aqua lenticule: ⁊ eis postea proiectis illiniatur illa aqua. Lenticula q̄uis sit frigida: cortex tamen eius est calidus: ⁊ aqua decoctionis eiꝰ attractiua ⁊ cōsumptiua. Circa oculos autem leuis fiat repercussio cum bombace vel pāno lineo in aqua rosarum intincto. Ab interiori autem alteratiua administrētur ad infrigidādum sicut oriz accara. Hec enim alterat ebullitionem sanguinis et ipsum ad exteriora expellit. Necessarium aūt est in pueris curare ipsam passionem: ne lepra incurrāt in maiori etate: ⁊ in febre acuta laudabile est cum digestione: q̄ significat perfectā corporis mundificationem. Si aūt fiat excoriatio et putrefactio cutis: fiat puluis de rosis ⁊ de fabis siccis: ⁊ superaspergatur. Cauēdum est aūt ne fiat inūctio aliqua: ne materia nocēs interius retineatur. Item puluis lithargiri ⁊ plumbi vsti cum carie lignorum multum valet ad variolarum exiccationē: et ad materie venenose consumptionem. Puluis autem thuris masticis sarcocolle carnē regenerat: ⁊ cicatrizat id est cōsolidat: et loca mūdificat. Uestigia aūt variolarum longo tempore post solēt remanere: aliqd̄ multum valet corpis impinguatio et balneum sicut dicit Rasis: ⁊ vnguētum citrinū ea q̄ fa-

Ex traditione recentiū auctorum

ciunt ad mundificationem faciei. Item precipit Isaac zuccarum rosa, et crocum cum succo apij: id est decoctionez apij vel maratri gargarizare: hoc enim valde mundificat faciem. Medicine autez que delent vestigia variolarum et vlcerum fm Rasim in libro diuisionum sunt litargirium conditum: radices canne sicce: farina ciceris: ossa vetusta: farina rizi maturi: grana albē: costus: aggrentur et terantur et liniantur cum eis in nocte: et abluatur cum eis in die in balneo.

¶ Finitur tractatus de generib? febriū editus a dño Simphoriano champerio Lugduneñ. Illustrissimi principis ducis calabrie: lothoringie: z barri zc. primario physico.

¶ Tabula seu repertorium in opus nouum practicū in facultate medica de omnibus morborum generibus: accuratissime ex celeberrimorum grecorum: latinorum: arabum: penorū: ac recentiorū auctorū disciplinis excerptū: in quinq partiales partitū libros.

¶ Item in tractatum de omnibus generibus febrium.

¶ Tabula seu repertorium in primum librum.

Caput primum eiusdē est prohemiale. folio .v.
De sectis medicorum cap̄.ij. folio.v.
Medicorum alia secta.cap̄. iij. fol.vj.
De rōnali medicina quā logicē vocāt.cap̄.iiij.fo.eo.
Medicine diffinitio.cap̄.v. fo. eodez.
De subiecto medicine.cap̄.vj. ibidem.
De corporis humoribus.cap̄. vij. ibidem.
De sanguine.cap̄.viij. folio.viij.
De cholera seu flaua bili.cap̄.ix. fol.vij.
De pituita.cap̄.x. fol.eodem.
De melancholia.cap̄. xj. ibidem.
Corporis humani diuisio fm antiquos. cap̄.xij. ibidem.
De accidentibus pectoris . cap̄.xiij. fol.viij.
De ventris languoribus.cap̄.xiiij. fo.viij.
De passionibus vesice.cap̄.xv. fo. eodem.
De morborum temporibus.cap̄.xvj. ibidem.
Presagia medicorum ex hippocrate. cap̄. xvij. ibidē.
De motu sensu sanguine naturali et vitali. cap̄.xviij. fo.viij.

De pulsus ortu.cap̄.xix. fo. eodem.
De virtutibus que in membris sunt. cap̄.xx. ibidem.

¶ Tabula seu repertorium in secundum librum.

De cephalea.cap̄.j. folio.viij.
De hemicranea.cap̄.ij. fol.xj.
De vertigine seu scotomia.cap̄.iij. fo.xij.
De letargo seu letargia.cap̄.iiij. fo.xiiij.
De phrenitide siue phreneſi.cap̄.v. fo.xvj.
De epilepsia seu comitiali morbo.cap̄.vj. fol.xix.
De incubo et succubo.cap̄. vij. fol.xxj.
De apoplexia.cap̄.viij. folio. xxij.
De paralipsi.cap̄.ix. fo. xxiiij.
De spasmo: tetano: stupore: tremore: z saltu.cap̄.x. fo.xxvij.
De catharro seu distillatione: coriza z brācho.cap̄.xj. fo.xxix.
De lichen seu mētagra siue pudendagra: quam nostri neapolitanum morbum vocant: itali vero gallicum.cap̄.xij. fo.xxxj.
De oculorū morbis curationibusq eorum.cap̄.xiij. fo.xxxiij.
De egritudinibus aurium.cap̄.xiiij. fol. xxxvj.
De egritudinibus nasi: dentiū: gingiuarū et oris.cā.xv.fo.xxxviij.

¶ Tabula seu repertorium in tertium librum.

De synanche seu squinātia.cap̄.j. fo.xlj.
De tussi.cap̄.ij. fo.xliij.
De phthysi et peripneumonia.cap̄.iij. fo .xlv.
De sputo sanguinis siue emoptoica passione z epistate.cap̄.iiij. fol.xlviij.
De orthopnea et aschmate. cap̄.v. fol.li.
De pleuretide seu pleuresi.cap̄.vj. fo. liiij.
De cardiaca passione z syncopi.cap̄.vij. fo.lviij.

¶ Tabula seu repertorium in quartum librum.

De egritudinibus stomachi.cap̄.j. fol. lxj.
De egritudinibus epatis.cap̄.ij. fol. lxvij.
De hydrope seu hydropisi.cap̄.iij. fo.lxx.
De regio morbo seu ictericia. cap̄. iiij. fol.lxxv.
De passionibus lienis seu splenis.cap̄.v. fo.lxxviij.
De dolore intestinorum colica et iliaca.cap̄.vj. fo.lxxxj.

De diaria: dysenteria seu dysenterion: lienteria: et vermibus. caput. vij. fo. lxxxiiij.
De hemorroidibus et egritudinibus ani. cap̄. viij. fo. xxxix.

¶ Tabula seu repertorium in quintum et vltimum librum.

De egritudinibus renuz et vesice. cap̄. j. fo. xciij.
De egritudinibus membrorum generatiuorum. caput. ij. fo. xcviij.
De egritudinibus matricis. cap̄. iij. fol. cj.
De egritudinibus iuncturarum. cap̄. iiij. fo. cv.

¶ Finitur tabula seu repertorium in quinq̄ libros aggregatoris Lugduneñ. de omnibus morborum generibus.

¶ Sequitur tabula seu repertorium in eiusdem aggregatoris libellum de morborum nominibus et egritudinibus cutis prioribus additum per modum supplementi.

Adustio ignis quomodo curetur. fol. cxv.
Alopetia seu halopetia. fo. cxij.
Borium gule quomodo curetur. fo. cxvj.
Cancrena quid sit. fo. cxij.
Carcimona. ibidem.
Clauus. fo. cxj.
Condiloma. fo. cxij.
Enterocela. fo. cxij.
Epipocele. ibidem.
Facies quomodo clarificetur. fo. cxv.
Facies rubedo quomodo curetur. fo. cxvj.
Fistula quid sit. fo. cxj.
Formica miliaris. fo. cxv.
Fungus. fo. cxij.
Furunculus. ibidem.
Gemursa. fo. cxj.
Gutta rosacea. fo. cxiiij.
Halopetia require in littera. A.
Herpes estiomenus. fo. cxv.
Hydrocela. fo. cxij.
Ignis sacer. fo. cxj.
Ignis persicus. fo. cxv.

Impetigo seu volatica. fol. cx. z. cxiij.
Lepra z psora. fol. cx. z. cxiij.
Lentigo. fo. cxj.
Wyrmecie. fo. cxj.
Morphea. fol. cxiiij.
Ozena. fo. cxij.
Panaritijs quomodo succurratur. fo. cxv.
Parotides quid sint. fo. cxj.
Pernio. fo. cxij.
Polypus. fo. cxij.
Porrigo. fo. cxj.
Planci. fol. cxij.
Pterygium. fo. cxij.
Ramex z sue species. fo. cxij.
Sacer ignis vide Ignis sacer.
Safari cura. fo. cxv.
Scauri qui dicantur. fo. cxij.
Scrophula vel scropha: z glandula. fo. cxj. z. cxiiij.
Tinea capitis quomodo curetur. fo. cxvj.
Vestigia quomodo deleantur. fo. cxv.
Vitiligo quid sit. fo. cxj.

¶ Tabula seu repertorium super tractatu de febribus.

De febris diffinitione. cap̄. j. fo. cxvij.
Et in secunda parte eiusdem cap̄. de febre ephimera. fo. cxviij.
De febre tabida siue putrida. cap̄. ij. fo. cxx.
De febre tertiana. cap̄. iij. fo. cxxiij.
De febre amphimerina seu quotidiana. cap̄. iiij. fo. cxxviij.
De hemitriteo. cap̄. v. fo. cxxxij.
De febre quartana. cap̄. vj. fo. cxxxiiij.
De febribus empialia z liparia. cap̄. vij. fo. cxxxvj.
De febre hectica. cap̄. viij. fo. cxxxvij.
De febre sanguinea. cap̄. ix. fo. cxlj.
De febre pestilentiali. cap̄. x. fo. cxliiij.
De variolis z morbillis. cap̄. vltimum. fo. cxlviij.

¶ Finis tabule.

¶ Impressum Lugduni per honestū virum Johannem Marion. Anno Domini. M.cccc xvij. Die. xix. Martij.

bene sa Chil puis

Primb Lins

Dmon

La moy Hydes

cf. f° lvii.vo

lxv vo

lxxxviii vo "bezmis"

xc vo { Confecta. Rx
Vermes
Emplastrum

cvi-cvii Imbecilli Lug nu Trox effint yadugnā.
Juru ꝫ abilu quwdo

domini Simphoriani chāperii
Lugduni 1517 die 19 martii

8